BIBLIOTECA NAZ.
111
D
7
NAPOLI

111
D
7

83
11

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

IN

EVRIPIDIS TRAGOEDIAS

ACCEDVNT

EMENDATIONES IN STOBAEVM

EPISTOLA CRITICA

AD

NICOLAVM SCHOW

VIRVM CLARISSIMVM

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

B. R. NEAPOL.

AVCTORE

FRIDERICO IACOBS

GOTHAE, APVD C. W. ETTINGERVM.

AMSTELODAMI, APVD I. C. ROEDERVM ET SOC.

cIↄ Iↄ ccLxxxx.

Digitized by Google

VIRIS CLARISSIMIS

FRIDERICO GVILIELMO DOERING

ILL. GYMNASII GOTH. DIRECTORI

ET

IOANNI FRIDERICO MANSO

ILL. GYMNASII VRATISLAV. PRORECTORI

HAS

IN EVRIPIDEM ANIMADVERSIONES

AVCTOR

D. D. D.

Digitized by Google

PRAEFATIO

Cum libellum, in quo ante hos tres et quod excurrit annos, ad explorandum Virorum Doctorum de ingenii mei facultatibus judicium, qualescunque, pro juvenili ingenio, in diverſos antiquitatis ſcriptores Emendationes propoſueram, a praestantissimis Viris, pauca bona laudare potius quam plurima vitia vituperare ſolitis, singulari quadam et humanitate et beni-

nigni-

Digitized by Google

nignitate exceptum esse intellexiſſem, fieri non potuit, quin hoc tam inopinato ſucceſſu excitatus alacri animo in eadem via pergerem, et ad quas artes colendas doctorum me hominum judicia adhortabantur, in eas toto pectore incumberem. Perſuaſus autem, nisi unum mihi potiſſimum ſcriptorem emendandum expoliendumque ſumerem, laboris mei fructum tantum non omnem perditum iri, omnem diligentiam ad Euripidis Reliquias a graviſſimis quibus laborant vitiis, quantum quidem in me fuit, purgandas emaculandasque conferre coepi. Ab eo enim inde tempore, quo mihi graecarum Muſarum delicias, ſub KALTWASSERI mei, olim magistri nunc collegae optimi, auſpiciis, gustare atque ex puriſſimis earum fontibus haurire licuit, prae ceteris omnibus, qui graeca lingua usi ſunt, poetis, Euripidem mihi potiſſimum ſelegi, ad quem animum adplicarem, quem in contubernio quasi et quotidiana haberem conſuetudine. Neque me unquam consilii mei poenituit. Primum enim is est, ut omnes norunt, Euripides, quem saepiſſime evolvere et sine ullo taedio diurna nocturnaque manu verſare poſſis; cum et singu-

laris

laris qua pollet eloquentia, et eximia, quae in moribus affectibusque accurate deſcribendis ſplendidissimisque ſententiis apte collocandis praecipue cernitur, philoſophia, ita lectorem captet et teneat, ut, qui non ad omnem humanitatis ſenſum occalluerunt, eum nonnisi invito animo deponere queant. Deinde vero, cum librarii in nullo fere antiquitatis auctore deſcribendo negligentius oſcitantiusque verſati esse videantur, haud miraberis, poſt gravissimas a ſummis hominibus Euripidi impenſas curas, plurima adhuc in ejus Tragoediis ſuperesse, quae medicam manum implorent et aut codicum aut criticorum expectent auxilium. Quod si mihi contigerit, ut Tragicum meum hinc illinc a menda, quae in eo librariorum vitio inſederat, vindicaverim aditumque ad ſcripta ejus faciliorem expeditioremque effecerim, tempus et oleum non omnino perdidisse mihi videbor. Non tamen is ſum, qui magnifice de lucubrationibus meis ſentiam, ſperemque, aut omnes aut plurimas, quas in hoc libello eruditorum oculis ſubjeci emendationes, Doctorum Virorum ſuffragia esse laturas. Satis profecto contentus ero, si arcus meus nonnunquam ſal-

tem quae minatus est ferierit, neque prorſus indignus fuero judicatus, qui in eodem curriculo cum ſummis Viris, Belgiae et Britanniae luminibus, Valkenario, Musgravio, Tyrrwhittio, reliquisque aliis, qui in Euripide emendando verſati ſunt, vires meae quid valeant periclitatus sim. Neque omnino, ut ingenue fatear, hanc emendandi conjiciendique artem tanti facio, quanti et noſtro et ſuperiori aevo a doctis quibusdam magnaque ſagacitate praeditis viris factam esse conſtat; neque ejusmodi lusibus veram et ſolidam eruditionem hominibus recte de hoc literarum genere judicantibus probari arbitror. Nihil autem, meo quidem judicio, ineptius, nihil importunius eorum ratione, qui cum unum alterumve locum in antiquo ſcriptore emaculaverint aut conjecturas qualescunque ingenii excluſerint ope, ſtatim, ut theſauros ſuos quam plurimi vendant, ad novam integri ſcriptoris editionem adornandam properant. Hujus generis autem editionibus librorum numerus, qui jam nimius eſt, augetur, ipſae literae parum juvantur. Quare ejusmodi conjecturas et animadverſiones prudentisſimi viri peculiaribus libellis prodendas eſſe judica-

dicaverunt, quos, qui ad novam alicujus ſcriptoris editionem parandam ſatis ſibi virium habere videntur, adire atque ex illis tanquam e penu promus, ea quae bonae frugis exiſtimaverint, depromere atque haurire queant. Nemo enim facile in his literis habitat, qui non in veterum ſcriptis evolvendis multa paſſim animadvertat, quae aut ad ſenſum ſcriptoris accuratius declarandum aut ad verba ejus melius conſtituenda faciant; qui vero antiquitatis ſcriptorem ita edant, ut neque fines a ratione ſcriptos tranſiliant, neque aliquam officii partem negligant, oppido paucos inveniri arbitror. Quare prudentiſſimum hoc ſequuti conſilium, conjecturas noſtras de plurimis Euripidis aliorumque ſcriptorum locis in hunc libellum conjecimus, qui jam in publicum emitti geſtit, Vertumnumque ſpectat. A vobis itaque, benevoli Lectores, etiam atque etiam peto, ut benigne excipiatis hos lucubrationum mearum qualescunque fructus atque aequum de iis feratis judicium. Quodſi quid in iis aut erratum aut quacunque ratione peccatum eſt, veniam dare velitis, apud animum reputantes veſtrum, quam difficile ſit non labi in lubrico hoc litera-

rum genere, in quo nemo fere unquam verſatus eſt, quin pedem interdum offenderet. Quare ſi quis in hoc genere aliquid humani paſſus ſit, de errore monere eum, neque tamen, quod ab harum literarum humanitate valde alienum eſt, verborum acerbitate uti decet. Nos autem, ut ait Cicero, qui ultra id, quod veriſimile occurrerit, progredi non poſſumus, ſed probabilia tantum ſequimur, et refellere ſine pertinacia et refelli ſine iracundia parati ſumus. Scribebam Gothae. menſe Mart. cIↃIↃ CCLXXXX.

ANIMADVERSIONVM

IN

EVRIPIDIS TRAGOEDIAS ET FRAGMENTA

LIBER PRIMVS.

ANIMADVERSIONVM
IN
E V R I P I D E M.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Lucianus corrigitur. ἄλλοτε pro ἄλλοι τε. *φόνου σταλαγμοὶ* apud Euripidem. χαλᾷν indulgere. ὄμμα et ὄνομα *confuſa.* Sol coeli oculus. *Locus vexatus in* Hecuba *tentatur.* βιοτὴ ἄνοικος.

v. 28. **K**εῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ.
Sic in *Electra Sophoclis Oreſtes* in ſtadio fertur

> Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ
> σκέλη προφαίνων.

ἄλλοτε reſtituemus *Euripidi* v. 195. *Iphigeniae in T.* — Reddendum fortaſſis etiam *Luciano* in *Nigrino* §. 27. T. I. p. 67. ubi non probaſſe dicitur *Nigrinus* eos philoſophos, qui, ut juvenes ad laborem ferendum inſtituerent, tormenta illis adhibere ſolerent: τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ΑΛΛΟΙ ΤΕ μαστιγοῦντες, οἱ δὲ χαριέστεροι καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες. Vitium in his verbis latens *T. H.* acute odoratus eſt, cum haec verba conſue-

ſuetam *Luciani* concinnitatem minime referant. Ille quidem pro τοῦτο μὲν legendum cenſet οὗτοι μὲν; ſed alia etiam via inſiſtere licet. Malim ſane: ΤΟΤΕ μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ΑΛΛΟΤΕ μαστιγοῦντες.

v. 85. οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος φρίσσει. *Heſych.* ἀλίαστος. ἄτιμος [fort. ἄφυκτος. *Euſtath.* Ιλ. II. p. 263. 15. πόλεμος δὲ ἀλίαστος ὄρωρε. τουτ' ἔστιν ἄφυκτος]. ἀνέκκλιτος. [ſic legendum cum *Abreſch.* confirmat *Euſtath* in Ιλ. ω. p. 1503. 5 ἀλίαστον δ' ὀδύρεσθέ ἐστι τὸ ἀεὶ καὶ ἀχωρίστως. ὅ μή ἐστι λιασθῆναι ὅ ἐστι ἐκκλῖναι.] ἀμετατρέπτος. ἀχώριστος — In proximo verſu *Scholiaſten* in ſuo Codice Κασάνδραν legiſſe, ſatis manifeſtum eſt, ex ineptiſſima ejus interpretatione: εἶπε δὲ ψυχὴν Ἑλένου, ἐπειδὴ τεθνηκὼς ἦν. Κάσανδραν δὲ καὶ οὐ κασάνδρας ἐπειδὴ ζῶσα ἦν. Poetas voc. ψυχῆς in periphraſibus uti ignorabat.

v. 228. σοφόντι κἂν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν. plane ſic *Democritus* apud *Ioh. Stob.* Serm. CVI. p. 571. 10. μέγα τὸ ἐν συμφορᾶισι ἃ δεῖ φρονεῖν. Mox v. 240.

οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος
δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν.

Musgravius δόλου σταλαγμοὶ legendum eſſe ſuſpicabatur. Sed recte ſe habet vulgata lectio. φόνος eſt pro αἷμα ut ſaepius. v. *Heſych.* V. *D'orville* ad *Charit.* p. 374. *Vlyſſes* enim, ut Trojanos dolo deciperet

αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δάμασσε.

ut ipſe narrat in *Odyſſ.* IV. 244. quod *Euripides* ita accepiſſe videtur, ut et vultum vulneraverit. *Plutarch.* de *Fort. Rom.* T. VII. p. 258. αἷμα συμμεμιγμένον ἱδρῶτι σταλάζοντες. *Aeſchyl. Choeph.* 1058. de Furiis

κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.

v. 403.

v. 403. χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις. χαλᾶν eſt *indulgere*, ut explicuit, hunc locum laudans, *Abreſch.* in *Aeſchyl.* L. III. p. 27. *Sophocl. Oedip.* C. 203. ὅτε νῦν χαλᾷς. 840. χαλᾶν λέγω σοι. Metaphora ab auriga ſumta qui equis habenas remittit. cf. *Oreſten.* v. 697. ſqq. *Ariſtoph.* in *Av.* 381. οἶδε τῆς ὀργῆς χαλᾶν εἴξασι. *Veſpae.* 726. τὴν ὀργὴν χαλάσας. pro quo in *Ranis* dixit. v. 712. τῆς ὀργῆς ἀνέντες. ad v. 411. cf. *Sophocl. Ajac.* v. 869.

> χὠ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω
> πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.

v. 435. ὦ φῶς, προσειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ' ἔξεστί μοι malim legi: — γὰρ σὸν ὄμμ' ἔτ' ἐστὶ μοι. *adhuc enim mihi te appellare licet. Ariſtophan. Acharn.* 1185. ὦ κλεινὸν ὄμμα νῦν πανύστατον σ' ἰδω. Sol enim coeli oculus. *Nubes* 284. Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται.

v. 455. Poeta in hoc Choro captivarum mulierum curas et ſollicitudines de futura ſorte egregie expreſſit. In quam terrarum partem, inquit, navibus devehar? num in Peloponneſum, an in Theſſaliam

> ἢ νᾶσον ἁλιήρει
> κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν
> οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις
> ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ
> δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσσε
> πτόρθους — —
> σὺν Δηλιάσί τε κούραισιν
> Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
> χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω;

Locus varie a *Musgravio* tentatus, qui primum in optimis codicibus νάσων legi monet, idque jungendum cenſet cum ἔνθα, ut haec particula genitivo jungatur, ſicuti

ἐνταῦθα. In eo igitur metro et Codicibus obtemperandum eſt. Deinde vero omnia mihi expedita reddidiſſe videor ſcribendo:

ἢ νάσων ἀλιήρει
κώπᾳ πεμπομένα τάλαινα γ'
οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσ' ἄνοικον —
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω;

ſive in aliquam inſularum devecta, miſeram vitam ſine foco et lare agens, cum Deliis puellis Dianam celebrabo. βιοτὴς ἄνοικος ſervorum vita eſt, quibus familiam habere non licet.

CAPVT II.

Τὰ πρῶτα φέρειν. προθυμία Euripidi *reſtituitur pro* προμηθία. Euripides *explicatur et a correctione defenditur.* ζῶν *pro* eſſe. *murum, qui urbem circumdat, poëtae cum corona comparant.* ἐρεμνὴ αὐγὴ *ſpeculi redditur* Tragico *pro* ἀτέρμονας αὐγάς. ἀμέρδειν privare. Pindarus *corrigitur.* κατ' ἴχνος ἔρχεσθαι. ἐκπλήσω μόρον *pro* βίον *in* Euripide *tentatur.*

v. 794. Ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων. Acute corrigit *Muſgravius* ξένιά τ' ut pendeat a τυχών. Vulgaris ratio ferret τὰ πρῶτα φέρων. *Parrhaſ.* Epigr. I. Anal. V. P. Tom. II. p. 60. ὅς γ' ἀνέφυσε

γνήσιον ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.

in ſequenti verſu — τυχὼν δ' ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προμηθίαν ultima vox in mendo cubat Corrigo:

— — καὶ λαβὼν προθυμίαν.

et a nobis omni ſtudio cultus. Sic permutantur προθυμούμενοι et προμηθούμενοι in *Alciphronis* Ep. L. I. X. 38. v. *Dorvil-*

Dorville in Charit. p. 471. Lipſ. In v. 800. nihil mutandum, ſed interpretatione adjuvandus eſt. Primum ζῶμεν ὡρισμένοι nihil aliud eſt quam ὁρίζομεν, *diſtinguimus.* ζῆν enim pro v. ſubſtantivo uſurpari ſatis conſtat. Senſum igitur hunc eſſe dico: Quia leges habemus, Deos eſſe exiſtimamus. Vnde enim profecta eſſet conſtans illa et immutabilis de bono et malo, de juſto et injuſto opinio, niſi leges eſſent alicubi, omnibus rebus et ipſo Deorum numine majores.

v. 807. ὄικτειρον ἡμᾶς ὥς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς ἰδοῦ με. Hic verſus minime ejiciendus eſt ut putauit Vir Doctus in Bibl. Crit. P: IV. refert enim ſi quis alius acumen et ingenium *Euripidis*. *Hecuba* brevem et concinnam malorum ſuorum adumbratura imaginem, *Ulyſſem* rogat, ne haec breviter expoſita audire dedignetur. Pictoris aurem exemplo utitur, qui, ut totam tabulam viſu comprehendere poſſit, paulo longius ab ea regredi neceſſe habet.

v. 910. Chorus, urbis ſuae infortunio flebiliter decantato, noctis illius, qua capta et incenſa eſt Troja, terrores enarrat. ad verba ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι πύργων confer *Sophocl.* in *Antig.* 124. καὶ στεφάνωμα πύργων Ἡφαῖστον πευκάενθ' ἑλεῖν. ſimili metaphora *Bacchylides.* T. XI. ἀυτὸς μὲν πολέων κρήδεμνον λύει. mulier Trojana, cubitum itura, ante ſpeculum crines ſub retiolo condit:

χρυσεων ἐνόπτρων
λευσσουσ' ἈΤΕΡΜΟΝΑC ἐις ἀυγὰς.

in v. ἀτέρμονας haerent interpretes. Durum certe, ne quid gravius dicam, epitheton, neque ſatis apparet quomodo ſpeculum rotundum, κυκλοτερῆ, poſſit ἀτερμὸν vocari. Lege ſi tanti eſt:

χρυσέωνἐνόπτρων
λεύσσουσά Γ' ἘΡΕΜΝΑC ἐις αὐγάς.

ἐρεμνὸν *obſcurum* et *ſubnigrum* eſt ſatis, ni fallor, aptum epitheton ſpeculi naturae. *Aeſchyl. Agamemn.* 1401. βάλλει μ' ἐρέμνῃ ψεκάδι φοινίας δρόσου. de ſanguine. *Crates* Indos ἐρεμνοὺς appellavit. v. *Schol.* in *Homer.* Odyſſ. Δ. 84. ἐρεμνὸν ἅιμα eſt etiam in *Sophoclis Ajace* 377. — ad ſequentia λέχη δὲ φίλα μονόπεπλος λιποῦσα δωρὶς ὡς κοῦρα cf. *Pindar.* Nem. A. 74.

καὶ γὰρ ἀυτὰ ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σασ' ἀπὸ στρωμνᾶς

et *Plutarch.* T. I. p. 168 et Fr. *Sophoclis* ibi ſervatum, et emendatum à *Valkenario* in Diatr. p. 221.

v. 1028 ἀμέρσας βιότον non ſignificare poteſt *orbatus vita*, ut latinus interpres voluit, ſed *tu qui privaſti vita* Polydorum ſcilicet. Neſcio tamen an ſcribendum ſit βιότου. In omnibus enim, qui mihi quidem innotuerunt locis, ubi ἀμέρδω occurrit, genitivo rei, qua quis privatur, jungitur. *Simonides* Epigr. CI. ἡ καὶ Τιμαρχὸν γλυκερῆς ἀιῶνος ἄμερσας. *Archias* Epigr. XXI. καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. *Homer.* Od. Θ. 63. ὀφθαλμῶν μὶν ἄμερσε. *Heſiodi* ſcutum H 331. ἐυτ' ἂν δὴ κύκνον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσῃς. Pindar. Olymp. XII. 23. Ἐι μὴ στάσις ἀντιάνειρα Κνωσίας ἄμερσε πάτρας, ubi legendum, ni fallor: Κνωσίας σ' ἄμερσε πάτρας. quod Heynius Vir Ill. et ſibi placuiſſe in literis ad me datis confirmauit.

v. 1057. Verba κατ' ἴχνος iterum male a latino interprete intellecta ſunt. Non agitur de veſtigiis *Polymeſtoris* ſed Trojanarum. quas inſequebatur. κατ' ἴχνος ἔρχεσθαι τινος eſt *e veſtigio conſequi*. *Philo* de *Moſe*. L. I. p. 96 ἡ γὰρ κολάσις ἑπομένη κατ' ἴχνος μελλόντων μὲν ἐβράδυνε. *Simonides* Epigr. CXII.

τοῦ

— τοῦ δὲ κατ᾽ ἴχνος
βουφάγος εἰς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέων.

Troades. 1003. ἐπεὶ δὲ Τροίαν ἦλθες· Ἀργεῖοι δέ σου κατ᾽ ἴχνος. Chariton. L. III. c. 6. πνεῦμα δὲ φορὸν ὑπέλαβε τὴν τριήρη καὶ ὥσπερ κατ᾽ ἴχνος τοῦ κέλητος ἔτρεχεν. Lyrice *Pindarus.* Nem. VI. 27. ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἑὸν πόδα νέμων.

v. 1270. Θανοῦσα δ᾽ ἢ ζῶσ᾽ ἐνθάδ᾽ ἐκπλήσω BION. Vltimam vocem in mendo cubare animadvertit *Muſgravii* ſagacitas. Ille πότμον conjecit. Equidem malim, quod propius a vulgata abeſt — ἐκπλήσω ΜΟΡΟΝ. ſenſu nihil diverſo. animadverte permutationem τῶ β et μ quae in codd. eſt frequentiſſima, cum parvo tantum apice inter ſe differant hae literae.

CAPVT III.

Tantali poena. Nicolaus *Comicus corrigitur.* θείης τραπέζης. *Parodia* Luciani *notatur.* Euripides *emendatur.* δεινὸν βοᾶν *de maris ſtrepitu.*

Priores Prologi ad Oreſten verſus, quibus ſimilem ſententiam *Antigone Sophoclis*, initio Dramatis ἐπωνύμου exhibet, imitatione expreſſit *Lucianus in Iove Tragoedo.* T. II. p. 643.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄροιτ᾽ ἄχθος ἡ θεῶν φύσις.

In proxime ſequentibus *Electra Pelopidarum* mala enarratura, ad primam domus originem aſcendit, Tantalique infortunium explicat:

ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος
κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον
ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην.

Sequitur itaque noſter minus vulgarem de *Tantali* poena traditionem, quam Latinorum poetarum, quos equidem ſcio, nullus, Graecorum pauci in Carminibus ſuis celebraverunt. Inter eos *Pindarus* fuit *Olymp.* A. 90. Κόρῳ δ' ἕλεν Ἄταν ὑπεροπλιω τάταν. πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον. Vbi *Scholiaſtes* docet eundem mythum a Lyricis *Alcmane* et *Alcaeo* tractatum eſſe. Certe *Archilochus* in Anal. V P. T. I. p. 47. ad illum adluſit

μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος
ὑπερκρεμάσθω τῆς δε νήσου.

Anton. Liber. XXX. καὶ ἐπῃώρει αὐτῷ ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον, ut hunc locum egregie reſtituit *Gub. Koen* ad *Gregor. de Dial.* p. 40. ubi et *Hyginus* laudatur Fab. LXXXII. Reſpexit *Euripidis* locum *Dio Chryſoſt.* Or. VI. p. 216. Reisk. ὥστε τὸν ἐν ἅδου Τάνταλον, ὅν φασὶ κεφαλῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνειν πέτρον, πολὺ ῥᾷον διάγειν. *Paul Silent* Ep. XXXIII. Τάνταλος ἀκριτόδακρυς. ὑπερτέλλοντα δὲ πέτρον δειδιεν *Plutarch.* de *ſuperſtit.* T. II. p. 170. καίτοιγε ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδύναι τὸν λίθον ὑπεραιωρούμενον [ſic leg. cum Reisk. pro ὑπαιωρούμενον] οὕτω καὶ οὗτος τὸν Φόβον, ὡς οὐχ ἧττον ὑπ' αὐτῷ πιεζόμενος ἀγαπήσειεν ἄν. Et *Nicolaus Comicus* ante oculos eum habuit, cujus fr. ſervavit *Stobaeus* Serm. XIV. p. 147. *Geſn.* p. 85. *Grot.*

Τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξεῦρε γένος
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
ὁυ δυνάμενος δὲ τῇ τέχνῃ χρᾶσθαι καλῶς
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν. εἶτ' ἀκουσίῳ

δι-

διΦρῳ περιπεσὼν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν
ΕΙΤΑΤΗC τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράΦη.

In ſecundo et quarto verſu manifeſte praeivit *Euripides* qui v. 10. ſic habet ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν αἰσχίστην νόσον. quem *T. H. Lucianum* in animo habuiſſe, vult, in *Vocal. Iudic.* ii. T. I. p 96. Vltimi verſus corruptelam metri vitioſa ratio demonſtrat *Scaliger* volebat τὰ τῆς τραπέζης. Quod in textum recepit *Grotius* Equidem epitheton τοῦ τραπέζης in verſus capite latere ſuſpicor; fortaſſe:

ΘΕΙΗC τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράΦη.

Id quod veriſimile fit ex v. 9. Oreſtis noſtri:
ΚΟΙΝΗC τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον.
et ſimiliter θῆσσαν τράπεζαν dixit in Alceſte v. 2.

v. 340. Ὁ μέγας ὄλβος ου μόνιμος ἐν βροτοῖς
Ἀνὰ δὲ λαῖΦος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων, κατέκλυσε
ΔΕΙΝΩΝ ΠΟΝΩΝ, ΩC πόντου
λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

Quis ſanum ex his verbis ſenſum eliciat? quae tam turbida tamque confuſa ſunt, ut, quae ſit protaſis quae apodoſis, fruſtra quaeras. Vt breviter dicam *Euripides* mihi ſcripſiſſe videtur

Ἀνὰ δὲ λαῖΦος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
τινάξας δαίμων κατέκλυσε
ΔΕΙΝΟΝ ΒΟΩΝΤΟC πόντου
λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

Senſus hic eſt: Humanum genus peremni felicitate raro gaudere ſolet. Vt enim tempeſtas cymbam agitat et ſubvertit, ſic fortunae aura felicitatem, qua fruimur, concutit et demergit et quaſi pernicioſis fluctibus, quibus mare

mare horrendo mugitu inſurgit, obruere ſolet. Cum enim poeta uſus eſſet verbo κατέκλυσε de Fortuna, quae res humanas ſubmergit, pergit in metaphora et, quibus malis ſubruit, ea fluctibus ponti comparat. Verba ſic junge: Δαίμων ἀνατινάξας [τὸν ὄλβον] κατέκλυσε ἐν κύμασι λάβροις ὀλεθρίοισι πόντου δεινὸν βοῶντος, ὡς (κατακλύζει ſc.) λαῖφος θοᾶς ἀκάτου. — δεινὸν βοᾶν de mari ut *Aeſchyl. Prometh.* 430.

— — — βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων
συμπιτνῶν, στένει βύθος.

Homer. Ιλ. Ξ. 394 Ὄυτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα προτὶ χέρσον. Meleager. Epigr. L.

ματρὸς δ᾽ ὅυ μάτηρ ἀνέμων μάστιξι θάλασσα
ΤΡΑΧΥ ΒΟΑΙ. — — —

Ne quem offendat ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι. cf. *Brunk* in *Indice Soph.* ubi hujus praepoſitionis pleonaſmus indicatur.

CAPVT IV.

Euripides *in* Oreſte *corrigitur.* πύλης *pro* πυρᾶς. πάροιθε νερτέρων πύλης εἶναι *Lethi portas cunctarier ante.* *Corruptus* Tibulli *locus tentatur.* impuro *et* in porta. *Chorus in* Oreſte *emendatur.* ἤνυσε *pro* ἦλυθε. ἀνύσαι perficere. Phavorinus *apud* Ioannem Stobenſem *corrigitur.* κατανύουσιν *pro* καταλύουσιν.

Oreſtem, communi judicio Argivorum capitis damnatum, Electra triſtibus his verbis alloquitur: (v. 1019.)

Ὄι ἐγὼ πρὸ τύμβου γάρ σ᾽ ὁρῶσ᾽ ἀναστείων,
Ἀδελφὲ καὶ πάροιθε νερτέρων ΠΥΡΑΣ.

Ὄι

Ὁι ἐγὼ μάλ' αὖθις, ὡς ἰδοῦσά σ' ὄμμασι
πανυστάτην πρόσοψιν, ἐξέστην φρενῶν.

Haec verba haud dubie illum ſenſum habent, quem *Scholiaſtes* voluit: πλησιάζοντα καὶ ἐγγὺς ὄντα τῦ τάφου ὁρῶσα, στένω. Inſolenter tamen dictum videtur πυρᾶς νερτέρων pro rogo, quo ad inferos mittuntur corpora. Longe enim alia ratio eſt in ſimilibus v. c. in hujus Tragoediae v. 123. νερτέρων δωρήματα dona quae inferis afferuntur. *Troades* 1246. θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβῳ νεκρὸν Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε, νερτέρων στέφη. Ornamenta quibus mortui ornari ſolent. Vt igitur vitetur haec difficultas et tautologia, quae eſt in vv. πρὸ τύμβου et πάροιθε πυρᾶς, *Euripidem* ſcripſiſſe exiſtimo

— — καὶ πάροιθε νερτέρων ΠΥΛΗΣ.

et ante portas quae ad inferos ducunt, harum vero frequens apud tragicos mentio. v. *Valkenaer.* in *Hipp.* p. 321. E. a. *Euripidis Hecuba v.* 1.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών

et *Hippol.* 1447. ὄλωλα καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας. *Theognis* 419. (ed. *Brunk.*) φύντα δ' ὅπως τάχιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι. Iulian. Aegypt. Ep. LX. πύλας κρατέροιο βερέθρου. *Lucretius* III. 67.

Et quaſi jam Lethi *portas* cunctarier ante

in ſingulari numero πύλη Ἀίδαο occurrit in *Theocrit. Eid.* II. 180. τὰν Ἀίδαο πύλαν, καὶ μοίρας, ἀραξεῖ. Corruptus vero procul dubio *Tibulli* locus I. El. III. 71.

Tum niger *in porta* ſerpentum Cerberus ore
Stridit et aeratas excubat ante foras.

Vt plurimis aliorum conjecturis et meam addam, legendum exiſtimo

Tum niger *impuro* ſerpentum Cerberus ore
Stridit — — — —

nam

nam ei *Spiritus taeter effluit ſaniesque manat ore trilingui Horat.* III. Carm. XI. 19. Contra vero v. *portam* in ſimili re ſervandam puto ap. *Propert.* IV. XI. 7.

— — ubi portitor aera recepit
Obſidet umbroſos *lurida porta* rogos

Adſentior T. *Hemſterhuiſio* corrigenti: Obſerat u. l. *porta* domos.

Chorus deplorat Pelopeïae domus infortunium, quo inde a rixa Thyeſtis et Atrei agitata fuerit. Magna illa felicitas, inquit, quae in Graecia olim et in Phrygorum terra celebrabatur, vela retro dedit,

v. 807. Ὅποτε χρυσέας ἔρις ἀρνὸς
ἭΛΥΘΕ Τανταλίδαις
ὀικτρότατα θοινάματα καὶ
σφάγια γενναίων τέκνων.

Natant accuſativi θοινάματα et σφάγεα nullo verbo ſuffulti. Vidit hoc *Musgravius*, qui ἔριδι ſive ἔρισ' h. ἔρισι conjecit; Sed tunc inſolenter omnino dictum ἐληλυθέναι θοινάματα et σφάγια *Facius*, qui totam hanc tragoediam perpetuo Commentario illuſtravit, ſive pro nominativis habenda eſſe haec v. v. ſive verbo ἤλυθε tranſitivam ſignificationem tribuendam eſſe putat. Equidem h. l. emendatione non interpretatione juvari poſſe arbitror. Vnus ex ſcholiaſtis ſic illum explicavit: Ἐκείνη γαρ ἡ Ἔρις ἀυτοῖς ἡ περὶ τοῦ χρυσομάλλου ἀρνείου ἘΙΡΓΑCΑΤΟ ἐλέεινα βρώματα καὶ σφαγὰς ἀνοσίους συγγενῶν τέκνων τοῦ Θυέστου. Haec manu ad veram lectionem ducunt. Ille, ni me omnia fallunt, ſcripſerat

Ὅποτε χρυσέας ἔρις ἀρνὸς
ἭΝΥCΕ Τανταλίδαις
ὀικτρότατα θοινάματα καὶ
σφάγια γενναίων τέκνων.

ἀνύ-

ἀνύειν enim ſaepiſſime *facere*, *perficere* audit. Meleager Epigr. XI.

Εικονα μὲν Παρίην Ζωογλύφος ἄνυσ' Ἔρωτος
Πραξιτέλης — — —

Huc pertinet ſignificatio τȣ̃ *lucrari*, de qua v. *D. Heinſium Lect. Theocrit* c. XXIII. Verbum καταν́ύειν fortaſſe reſtituendum eſt *Phavorino* ap. *Io Stobenſem* Serm. XIV. pag. 149. 23. ὥσπερ ὁ Ἀκτάιων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας ΚΑΤΑΛΥΟΥCIN. Legendum exiſtimo: οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας ΚΑΤΑΝΥΟΥCIN. *Syneſius* Ep. LXXIII. ὁ δὲ λίμος καὶ ὁ πόλεμος οὔπω πᾶν ὅσον ἔδει κατήνυσαν. *Heſych.* κατανύουσι. καταναλίσκουσι. *Epigramma Incerti Auct.* DCXLV.

Εις ὅδε Νικάνδρου τέκνων τάφος. ἓν φάος ἀοῦς
ἄνυσε τὰν ἱερὰν Λυσιδίκης γενεάν.

Epigr. Tiberii Ill. II. (Vol. III. p. 7.)
Ου κύνες ου στάλικές με ΚΑΤΗΝΥCΑΝ, οὐχὶ κυνηγοὶ
δορκάδα, τὸν δ' ἀπὸ γῆς ἐιν ἁλὶ πλῆσα μόρον.

CAPVT V.

Locus corruptiſſimus in Phoeniſſis *emaculatur.* πᾶς ἄπηβος *pro* πᾶς ἀπήνη. *Argus tremendis oculis,* φρικτοῖς, *reſtituitur* Euripidi *pro* στικτοῖς. Hippomedon Aſterope *Terrae filio ſimilis.*

Cum Thebarum urbs ab Argivis oppugnaretur, et ne hoſtium impetu caperetur, periculum eſſet, Tireſias ſenex arceſſitur, qui Deorum conſilia regi enunciet. Qui cum

cum annorum gravis, filiae ductu, miſere pedes traheret, in Scena prodiens de longitudine viae et laſſitudine inde contracta conqueritur: Tum *Creon*

v. 854. Θάρσει, inquit, πέλας γάρ, Τειρεσία, φίλοισι σοῖς
ἐξώρμισαι σὸν πόδα, λαβοῦ δ' αὐτοῦ, τέκνον,
ὡς ΠΑΣ ΑΠΗΝΗ πούς τε πρεσβύτου, φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

Facile erat obſervatu verbis πᾶς ἀπήνη mendam non levem inhaerere. Quid enim? *Senis pes ab aliis ſuſtentari et fulciri amat, plauſtri ad inſtar.* Pulcra ſane imago! Num ἀπήνη κουφίζεται? ſive quae eſt ſimilitudo ſenis et plauſtri? ſed hoc omnes vident. *Musgravius* tentabat: ὡς πᾶσ' ἄκανθα, de ſpina dorſali explicans, quo ſenſu hoc verbum occurrit in *Electra.* 495. et in *Troad.* 117. Tunc ὡς idem valet ac γάρ. Vix autem, et ne vix quidem mihi *Euripidem* ſic ſcripſiſſe, perſuadere poſſum. Videamus ſententiam paulo propius: *Num quaevis dorſalis ſpina et pes ſenis alienae manus expectat auxilium.* Vbi vides πᾶσ' omnino eſſe incongruum; ſi enim πᾶσα ἄκανθα auxilium expetit, id quod dici ineptum eſſet, non addidiſſet πρεσβύτου, qua Voce adjecta alterius vis exſtinguitur. Nec magis arridet *Valkenaerii* conjectura: ἐκβᾶσ' ἀπήνης ποῦς τε πρεσβύτης, φιλεῖ *Curru mulier deſcendens* et *pes ſenis aliena manu ſublevari debent.* Primum enim ἐκβᾶσα, ſimpliciter pro γύνη ἐκβᾶσα, in hoc quidem loco, ubi comparatio diſtinctam comparandarum rerum enunciationem requirit, vix ferendum videtur; Deinde vero ipſa comparatio mire diſplicet, quam minus accuratam eſſe ipſe animadvertiſſe videtur *Valkenaerius*, cum aliam viam ingrederetur, legens: ἐκβὰς ἀπήνης πούς γε πρεσβύτου *Pes ſenis deſcendentis carpento.* Id Muſarum plauſus ferret, ſi *Tireſias* carpento veniſſet: tum

egregie

egregie diceret *Creon:* I, fer auxilium, puer; ſenex enim de carpento deſcendens aliorum ope indiget. Sed ipſe *Tireſias* paulo ante dixerat

ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ
πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.

Maxime mihi placet quod *Ioanni Pierſon* in mentem venit, ὡς παῖς τιθήνης ποῦς τε πρεσβύτης, φιλεῖ. ad quam emendationem proxime accedit quod ipſe conjeci:

ὡς ΠΑΊΣ ΆΝΗΒΟΣ ποῦς τε πρεσβύτου φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κυφίσματα.

Puer enim nondum firma aetate *et ſenex alienae manus expectant opem.* *Philoctetes*, pedis morbo impeditus, cum aegre incederet, (*Sophocl. Philoctet.* 701.)

ἕρπει ἄλλοτ᾽ ἄλλᾳ
τότ᾽ ἂν εἰλυόμενος
παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας.

Nihil autem frequentius hac comparatione ſenectutis cum infirmitate pueritiae.

v. 1120. ὠγύγια δ᾽ εἰς πυλώμαθ᾽ Ἱππομέδων ἄναξ
ἔστειχ᾽, ἔχων σημεῖον ἐν μέσῳ σάκει,
CTIKTOIC πανόπτην ὄμμασι δεδορκότα.

Cum *Argus* ipſe propter oculorum numerum στικτὸς appellari poſſet, *Euripides* hoc epitheton ad ipſos oculos transtulit, graviter reprehenſus a *Dan. Heinſio* in *Ariſtarcho* p. 755. *Valkenaerius* vero emendatione hunc locum indigere cenſens πυκνοῖς ὄμμασι acute conjecit. Ecce vero, dum *Scholiaſten* conſulo aliam ille lectionem offert neque illam, ni fallor, ſpernendam. Στικτοῖς ποικιλοῖς. καταπληκτικοῖς. Unde ſuſpicio mihi enata eſt illum in Codice ſuo legiſſe

ΦΡΙΚΤΟΙC πανόπτην ὄμμασι δεδορκότα.

oculis, qui terrorem incutiunt. De eodem *Hippomedonte*, qui clypeum, Argi imagine conſignatum, geſtabat, *Antigone* ait in noſtra Tragoedia v. 128.

"Ε ἔ ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς
εἰσιδεῖν, γίγαντι γηγενέτᾳ
προσόμοιος,
'Αστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, οὐχὶ
πρόσφορος ἀμερίῳ γέννᾳ.

Quem locum *Valkenaerius* de pictura Clypei interpretandum eſſe putabat, *in clypei pičturis ſtellatus. Geſtabat enim,* addit *Musgravius*, *in clypeo Argi effigiem*, *oculis tanquam ſtellis, ubique diſtinčtam.* Mirum, lectionem ἀστερωπὸς nemini ſuſpectam fuiſſe. Equidem *Euripidem* ſcripſiſſe ſuſpicor:

— — γίγαντι γηγενέτᾳ
προσόμοιος
'Αστερόπῃ ἐν γραφαῖσιν,

Inter *Cyclopes enim*, *terrae filios*, unus erat, *Steropes* ſive *Aſteropes* nomine. v. *Heynium.* V. S. in notis ad *Apollodor.* T. I. p. 10. Huic conjecturae paululum favet lectio edit. Aldinae ἀστεροπὸς; magis tamen ſenſus, qui inde emergit facillimus. vv. ἐν γραφαῖσιν *Scholiaſtes* optime interpretatur: γραπτῷ γίγαντι παραπλήσιος.

CAPVT VI.

Phoeniſſae ***emendantur.*** *ῥήξεις πυρός.* ***Flamma ſciſſa infauſtum omen.*** *εἴποτ' ἦν ἐναντίᾳ* ***pro*** *ὑγρστητ' ἐναντίαν* ***corrigitur. Pro*** *πέλας φόνου* ***in hac Tragoedia*** *τελεσφόρος* ***emendatur, hujusque vocis vis explicatur.*** *ἀγαπάζειν* ***Tragicis ignota forma.*** *αἰάζων* ***reponitur.***

Difficillimus eſt locus et a nemine intellectus in narratione nuntii, quo igniſpicium in caſtris Thebanorum factum exponitur.

v. 1262.

v. 1262. Μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμὰς
ῥήξεις τ' ἐνώμων ὑγρότητ' ἐναντίαν,
ἄκραν τε λάμπαδ', ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει
νίκης τε σῆμα καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων.

Primum per ἐμπύρους ἀκμὰς proprio ſenſu, *ignis apices* intelligo, qui utrum *prono vertice* ſurgant, an *in latus cadant* multum intereſt. (*Lucan. Pharſ.* I. 546.) ῥήξεις autem intelligo de flamma, quae

Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit.

Quid vero de reliquis fiet?

Ῥήξεις τ' ἐνώμων, ΥΓΡΟΤΗΤ' ἐναντίαν.

quae ſe non intelligere candide faſſus eſt magnus *Valkenaerius*. *Morus V. C.* verba ὑγρότητ' ἐναντίαν ἄκραν τε λάμπαδ' pro interpoſitis habens, legit

ῥήξιν τ' ἐνώμων ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει.

Id quum nimis ſtrenue factum mihi quidem videretur, neque *Musgravii* conjecturae ſatis facerent, de alia via ingredienda cogitavi, ſuſpicatus, vitium in una voce ὑγρότητα haerere, quam librariorum incogitantia procreaverit. Videant itaque docti, an recte emendaverim:

Ῥήξεις τ' ἐνώμων, ΕΙ ΠΟΤ' ἮΝ ἐναντίαι.

Flammaeque obſervabant ſciſſiones, ſi forte contrariae et infeſtae eſſent. *Seneca in Oedipo* T. 321.

Sed ecce pugnax ignis in partes duas
Diſcedit et ſe ſcindit unius ſacri
Diſcors favilla.

v. 1313. σχέδον τύχα, ΠΕΛΑΣ ΦΟΝΟΥ,
κρινεῖ φάος τὸ μέλλον.

Chori ſunt verba, ſolliciti de exitu certaminis. Pro φόνου, quae eſt lectio edit. Aldinae alii φόνος legunt, quod verbum cum in fine proximi verſus iterum recurrat, ſuſpicatus ſum Tragicum ſcripſiſſe

σχέδον τύχα ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ,
κρινεῖ φάος τὸ μέλλον.

jamjam inſtat momentum, quo omnia iſta dirimentur. τελεσφόρον id eſſe dicitur quod finem alicui rei imponit, tum, quod integrum et perfectum eſt. χρησμὸν τελεσφόρον in noſtra tragoedia habemus v. 644, et eodem ſenſu τελεσφόρους ἀρὰς v. 69. et in *Sophoclis Electra* v. 645. Quo ſenſu *Aeſchylus* τελεσφόρον γυναῖκα dixerit in *Choephoris* v. 662. vide ap. *Abreſch. Animadverſ. in Aeſchylum.* L. II. p. 453.

v. 1335. Χο. Ἤκουσε τέκνα μονομάχῳ μέλλειν δορὶ
εἰς ἀσπίδ' ἥξειν βασιλικῶν δόμων ὑπέρ.
Κρ. πῶς φῄς; νέκυν τοι παιδὸς ἈΓΑΠΑ-
ΖΩΝ ἐμοῦ,
οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον ὥστε καὶ τόδ' εἰδέναι.

Scholiaſtes ad v. 1337. νέκυν - ἀντὶ τοῦ τὸ νεκρὸν σῶμα ἐπιμελείας ἠξίουν. Sed hoc ſenſu verbum ἀγαπάζειν occurrere, vix puto; tragici certe ipſam hanc formam ignorant. Quare cum *Valkenaerio* v. ἀγαπάζων hoc in loco ſuſpectum habeo, pro quo Tragicus fortaſſe dederat

πῶς φῄς; νέκυν τοι παιδὸς ἈΙΑΖΩΝ ἐμοῦ —

νέκυν παιδὸς pro *filio defuncto.* cf. v. 1302.

πότερον ἄρα νέκυν ὀλό —
μενον ἰαχήσω;

et qui locus adhuc propius a noſtra lectione abeſt, *Alceſt.* v. 602.

τᾶς φίλας κλαίων ἀλόχου νέκυν ἐν
Δώμασιν ἀρτιθανῆ. — —

CAPVT

CAPVT VII.

Euripides *in* Medea *tentatur.* *φύσει* et *φυγῇ* *permutata.* *φύσις.* ingenium, indoles. *Fragmentum* Euripidis *integritati reſtituitur.* Medea *iterum corrigitur.* *ὄγκος* *opponitur* *βίῳ μικρῷ.* *Literae* I. Γ. Τ. Π. *permutatae.* *Locus* Archytae *Pythagorei apud* Stobenſem *emaculatur.* *διὰ πάθων.* Diotogenes *apud eundem corrigitur.* *πτῶσι* *pro* *τιτῶνι* Tzezae *redditur.*

Nutrix in Prologo, *Medeam*, poſtquam *Peliae* filiis, ut patrem interficerent, dolo perſuaſiſſet, Corinthum veniſſe narrat:

v. 8. — — κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἀνδάνουσα μὲν
ΦΥΓΗι πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

Nihil in his juvat *Scholiaſtae* interpretatio. Certum eſt φυγῇ ſic ſtare non poſſe. *Pierſon* in *Veriſim.* L. I. v. p. 58. tentavit:

φυγὰς πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

In qua lectione rotundum *Euripidis* os equidem deſidero. Neque minus dura eſt *Brunkii* emendatio φυγῇ πολίτας legentis. His moliminibus praeferenda videtur *Musgravii* conjectura: ὀργῇ πολίταις. *Ingenio et moribus civibus placens.* Quam eandem medicinam felici ſucceſſu admovit v. 63. *Danaes.* Mihi olim in mentem venit

ΦΥΣΕΙ πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

quod ſenſu eodem redit. φύσις eſt indoles, natura, mores. v. *Valken.* in *Diatr.* p. 76. B. Noſter in *Antiope.* Fr. XXIX. ἡ φύσις γὰρ οἴχεται Ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ. *Theophraſt. Charact.* *prooem.* p. 2. ὡμιληκὼς πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι. Reſtituendam puto hanc vocem obſcuro Noſtri *Fragmento* ap *Stob. Tit.* LXII.

ὦ παγκάκιστοι, καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες ἀλλὰ τῇ ΤΥΧΗ κεκτημένοι.

 οἱ

οἱ τὸ δοῦλον λόγῳ ἔχοντες ii ſunt *quos ſive fortuna ſive natura ſervos eſſe voluit.* Oppoſitionis leges requirere videntur ut legatur.

— — καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ ΦΥΣΕΙ κεκτημένοι.

Noſter in *Ion.* 674.

κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα
δοῦλον πέπαυται κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.

Neque male firmatur emendatio noſtra *Helena* v. 736.

— — τοὔνομ᾽ οὐχ ἔχων ἐλεύθερον
τὸν νοῦν δέ·

plura in hanc ſententiam dicta apud *Ioannem Stobenſem* invenire eſt.

Auream mediocritatem nutrix *Medeae* prae ſplendida fortuna celebrat, cum ab illa ſolum aequabilis et conſtans felicitas expectari poſſit.

τῶν γὰρ μετρίων, πρῶτα μὲν εἰπεῖν,
τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαι τε μακρῷ
λῷστα βροτοῖσιν. τὰδ᾽ ὑπερβάλλοντ᾽
Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.
Μείζους δ᾽ ἄτας ὅταν ὀργισθῇ
δαίμων ΟΙΚΟΙΣ ἀπέδωκεν.

Latinus interpres apud *Barneſium* haec ſic vertit: *Majores enim calamitates, quando iraſcitur Deus, afferunt familiae?* quod neque ſenſum efficit tolerabilem, neque omnino graecis verbis reſpondet. Graeca hoc potius volunt: *Graviores Deus incutit, cum iraſcitur, familiis caſus.* Sed excutiamus ſententiam. *Graviores caſus*; ſed quomodo graviores, cum comparativum nihil ſequatur, neque ſit quod commode intelligi poſſit? Et quibus tandem familiis iſti veniunt caſus? — Cave credas tam abſurdam gnomen ab *Euripide* proficiſci potuiſſe. Ille forſitan ſcriptum reliquit:

Μείζους

Μειζους δ' ἄτας ὅταν ὀργισθῇ
δαίμων "ΟΓΚΟΙϹ ἀπεδωκεν.

„Gravior inſtat magnis et elatis rebus à fortuna pernicies.„ Hoc fere voluiſſe videtur Tragicus noſter in *Melannipe* Fr. XV. ap. *Stobae.* XCIV.

ὦ τέκνον ἀνθρώποισίν ἐστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὔκρατος. ἐγένετο δ' ὄγκος κακόν.

ubi cum ὄγκος oppoſitus ſit τῷ βίῳ μικρῷ, vitam in alto collocatam audire debet. *Dion. Halic. A. R.* IV. 26. μεγέθει δὲ πόλιως προὔχοντας καὶ πραγμάτων "ΟΓΚΟΙϹ. *Plutarch* in *Amator.* T. II. p. 749. ἡ δὲ μήτηρ ὑφεωρᾶτο τὸ βάρος τοῦ οἴκου καὶ τὸν ὄγκον. In hanc ſententiam *Horatius* II. *Carm.* X. 9.

Saevius ventis agitatur ingens
Pinus: excelſae graviore caſu
Decidunt turres: feriuntque ſummos
Fulgura montes.

Et Philiſtis ap. *Antonium Meliſſ* p. 141. ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον ἵνα μεῖζον πέσῃ. *Seneca in Hippol.* 1124. ſqq. Tam levis menda egregii loci ſplendorem offuſcare potuit. Vix autem dici poteſt, quot errores ſimilitudo literarum I. Γ. Π. Τ. pepererit. Eluam hic duo *Pythagoreorum* loca, alterum *Archytae* ap. *Stob. Serm.* I. p. 13. 32. Διαφέρει δὲ θεὸς ἀνθρώπω ἀγαθῶ, ὅτι θεὸς μὲν ου μόνον ἐιλικρινῆ καὶ διυλισμέναν ἔχει τὰν ἀρετὰν ἀπὸ παντὸς τῶ θνητῶ ΠΑΘΕΟϹ, ἀλλὰ καὶ τὰν δύναμιν αὐτᾶς ἄτρυτον πέπαται καὶ ἀνυπεύθυνον, ὡς πρὸς αἰωνίων ἔργων σεμνότητά τε καὶ μεγαλοπρέπειαν. "Ανθρωπος δ' οὐ μόνον τῷ θνατῷ τῆς φύσεως καταστάματι μείονα ταυτὰν πέπαται, ἐστι δ' ὅκκα καὶ ΔΙ' ΑΓΑΘΩΝ ΟΥ ΜΕΤΡΙΑΝ, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, καὶ διὰ φύσιν μοχθηρὰν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς, ἀδυνατεῖ κατ' ἄκραν γεννηθῆμεν παντελαθέως ἀγαθοῦ. *Geſnerus*, qui hunc locum in mendo cubare animadverterat, ἀμετρίαν legendum eſſe conjecit. Sed neque

ſic; ſenſus integer videri poteſt: *Bonorum immoderatio ſ. immoderata copia, viam ad veri boni poſſeſſionem praecidit.* Mihi legendum videtur: ἔστι δ' ὄκκα ΔΙΑ ΠΑΘΩΝ ἀμετρίαν. Quod praecedentia firmant. Alter locus eſt *Diotogenis* ap. *Stobae. Sermon.* XLVI. p. 329. ubi regem cum externo corporis habitu tum animi affectionibus venerabilem eſſe oportere docet: Ὥστε τὼς ΠΟΤ' ΑΥΤΑC μὲν ὡς αὐτὸν κατακοσμηθῆμεν καταπεπλαγμένως αἰδοῖ καὶ σωφροσύνᾳ τε καὶ διαθέσει τε παρὰ τὴν ἐπιτρέπειαν. ὀυ γὰρ μεῖον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας τῶ ἀγαθῶ βασιλέως ποταύγασις ὀφείλει τρέπειν τὰς ψυχὰς τῶν ΠΟΤ' ΑΥΤΑC. Nihil nos in his juvat *Geſneri* acumen. Vix dubito quin Pythagoreus ſcripſerit: ὥστε τὼς ΠΟΤΑΥΓΑCΑΝΤΕC μὲν ὡς αὐτὸν — deinde: τὰς ψυχὰς τῶν ΠΟΤΑΥΓΑCΑΝΤΩΝ. Emendandus ex eodem canone forſitan et *Tzetzes* in *Lycophron.* p. 7. Ἐπεὶ δὲ γῆμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, γεννᾷ Λεύκωνα, Ἔρυθρον, Σχοινέα, ΤΙΤΩΝΟΝ ubi ΠΤΩΟΝ legendum eſſe nemo facile dubitabit, cum legerit apud *Apollodorum* L. I. 9. 2. p. 42. καὶ γήμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως ἐγέννησε Λεύκωνα, Ἐρύθριον, Σχοινέα, Πτῶον. v. *Ill. Heyne* in Notis. T. I. p. 141.

CAPVT VIII.

Antiqua lectio in Euripidis Medea *defenditur.* πόλιν ἱερῶν ποταμῶν. urbs ad fluminis litus exſtructa. ἄστων Euripidi *pro* ἄλλων *reſtituitur.* Suidas *corrigitur.* Dioni Chryſoſtomo *medela adhibetur.*

Chorus conſilii, quod Medea animo conceperat, timore perculſus, horrendum ne contrahat piaculum, diſſuadet:

πως ὄυν ἱερῶν ποταμῶν
ἢ πόλις ἢ φίλων
πόμπιμον σε χώρα
τὰν παιδολέτειραν ἕξει
τὰν ὀυχ ὅσιαν μετ' ΑΛΛΩΝ.

Locus admodum difficilis, et non una labe inquinatus. Pro πόλις *Brunkius* ex *Muſgravii* emendatione recepit — ποταμῶν ἢ πόρος. quòd an recte factum ſit fere dubito. Cur non πόλις ἱερῶν ποταμῶν urbs eſſe poſſit, ad fluminis litus exſtructa? Sic certe *Pindarus* Ol. II. 15.

Καμόντες οἱ πολλὰ θυμῷ
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
ποταμοῦ.

cui ſimile eſt hoc in Ol. VI. 55. ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἀνασσε φαι-σάνα λάχε τ' Ἀλφεὸν οἰκεῖν. V. *D. Heinſii Exercit.* in *Theocrit.*

Mox *Brunkius* ex Codd. et *Scholiaſte* legit πόμπιμος quod hic ſic interpretatur πόμπιμος. τὴν ἐκπεμφθεῖσαν ἐκδεχομένη. Quam tamen ſignificationem multum à vulgari uſu abhorrere fatendum eſt. Tandem naevus haeret in vocc. μετ' ἄλλων. *Muſgravio* placuit

τὰν ὀυχ ὁσίαν κατ' ἄλλων.

„*Minime puram erga alios.* Aeëten et Peliam ſignificans.„ In mentem mihi venit, *Euripidem* forſitan ſcripſiſſe: πῶς ὄυν-σε χώρα

τὰν παιδολέτειραν ἕξει
τὰν ὀυχ ὁσίαν, μετ' ΑΣΤΩΝ.

Quae te regio civibus ſuis te adſcribere poterit.„ ut μετ' ἀστῶν jungatur cum ἕξει. Haec vox ſaepiſſime librariorum incuria obliterata eſt. v. c. in *Suida* v Αἴσωπος vulgatur: ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολεσθαι ὑπ' ἀυτῶν κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν. lego: ὑπ' ἀστῶν. Eandem medicinam adhibitam velim *Dioni Chryſ. Orat.* XXV. p. 520. *Reiſk.* Ἐὰν τε πολεμεῖν συμβου-

συμβουλεύωσιν, ἐάν τε εἰρήνην ἄγειν, ἐάν τε τείχη οἰκοδομεῖσθαι, ἐάν τε τριήρεις κατασκευάζεσθαι, ἐάν τε θυσίας θύειν, ἐάν τε ἐκβάλλειν τινας αὐτῶν, ἢ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἢ καὶ ἀποσφάττειν. Parum dubito, quin recte emendaverim: ἐάν τε ἐκβάλλειν τινας ἀστῶν.

CAPVT IX.

Euripides *in* Hippolyto *bis tentatur.* *ὕντως. πόματος* pro *στόματος.*

Hippolyti ſervus, Veneris ſigno, quod ante aedes regias collocatum eſt, conſpecto, dominum adhortatus ne praepotentem Deam negligeret, cum ille *θεὴν νυκτὶ θαυμαστὴν* ſibi minime placere reſpondiſſet, ipſe Veneris iram deprecatur, dicens:

114. Ἡμεῖς δὲ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον
Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις λέγειν,
προσευχόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι
Δέσποινα Κύπρι — —

quibus in verſibus verba: *Φρονοῦντας οὕτως ὡς πρέπει δούλοις λέγειν* — leviter corrupta eſſe animadvertit *Tyrwhitt*, qui poetam *Φρονοῦντας* ſcripſiſſe ſuspicabatur — *τοὺς νέους Φρονοῦντας οὕτως* — Obſcuritatem, quam ſic relinqui vidit *Musgravius* in clauſula *ὡς πρέπει δούλοις λέγειν*, non ſuſtulit, ſed auxit potius, legendo

Φρονοῦντας οὐ τῶς ὡς πρέπει δούλοις λέγειν.

qui verſus, ſic lectus, rotundum *Euripidis* os minime refert; quin et ipſe Vir doctus in conjecturae ſuae explicatione fluctuat. Non male forte *Brunkius* V. III. totum hunc verſum a mala manu illatum eſſe judicat, cum *Φρονοῦντας*

et

et λέγειν ſic inter ſe conjuncta minime ſtare poſſint. Proferam tamen, quid ipſe de hujus loci emendatione exiſtimem. Primum, quod omnes viderunt φρονοῦντας legendum eſt; deinde vero ὡς corruptum et ex praecedenti οὕτως ortum puto; ut totus locus fere ſic conſtituatur:

Ἡμεῖς δὲ, τοὺς νέους γὰρ ὀυ μιμητέον
φρονοῦντας ἄυτως, ᾧ πρέπει δούλοις λόγῳ
προσευχόμεσθα. — —

Nos autem ne temerarium juventutis imitemur animum, Venerem colamus verbis, quibus ſervos eam venerari fas eſt. ἄυτως-μάτην ἐπὶ μὲν τοῦ ματαίου. *Heſych.* Paſſim ap. *Homerum* occurrit v. c. Ιλ. Β. 342.

ἄυτως γὰρ ἐπέεσσ' ἐριδαίνεμεν. —

ἄυτως. εἰκῇ. μάτην. *Schol.*

Mox cum fama de morbo reginae per urbem ſpargi coepiſſet, Troezeniarum mulierum Chorus ad regias aedes confluit, quid audierit exponens, cupiensque de omni re certior fieri.

Τριτάταν δέ νιν κλύω
τάνδε κατ' ἀμβροσίου
ΣΤΟΜΑΤΟΣ ἁμέραν
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν.

Haec verba ita explicantur, ut δέμας periphraſi inſerviat, δέμας στόματος ἀμβροσίου, ut δέμας πυρὸς ap. *Homerum* Ιλ. Ν. 673. Hoc inſolentius eſſe dictum *Valkenarius* judicat et *Reiskii* conjecturam damnat. κατὰ cum v. ἴσχειν jungendum eſt, ut fecit Scholiaſtes: τριτάταν δέ νιν κλύω τάνδε ἡμέραν κατέχειν ἁγνὸν τὸ στόμα τῆς Δήμητρος ἀκτῆς. Equidem Phaedram, quae inedia mortem ſibi conciliare apud animum conſtituerat, non a cibo ſolum ſed a potu quoque corpus abſtinuiſſe putem. Fortaſſe Tragicus ſcripſerat

Τριτάταν δέ νιν κλύω
τάνδε κατ' ἀμβροσίου

ΠΟΜΑ-

ΠΟΜΑΤΟC *ἀμέραν*
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν.

Vt ſit ordo verborum: *κλύων νιν τάνδε τριτάταν ἀμέραν κατίσχειν δέμας ἁγνὸν πόματος ἀμβροσίου* (*καὶ*) *Δάματρος ἀκτᾶς.* Sic Ceres, filia ſibi erepta, nectare aeque atque ambroſia abſtinuit. *Homeri Hymnus in Cererem* v. 49.

Ουδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο
πάσσατ' ἀκηχεμένη. — —

ubi *Mitſcherlich.* V. D. laudat *Homer.* Ιλ. Τ. 306.

μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε, μηδὲ ποτῆτος
ἄσασθαι φίλον ἦτορ ἐπεί μ' ἄχος αἰνὸν ἱκάνει.

Sophocl. in Philoctete. v. 714.

"Ος μηδ' οἰνοχύτου ΠΟΜΑΤΟC
ἥσθη δεκέτη χρόνον.

ἀμβρόσιον πόμα neminem facile offendet graece doctum. *ἀμβρόσιον. εὐῶδες. ἡδύ. Heſych.* v. *Euſtath.* ad Ιλ. Δ. p. 333. 13. *Theocrit.* Eid. XI. 49. *ἐντὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδριος Ἄιτνα λευκᾶς ἐκ χιόνος, ποτον ἀμβρόσιον, προΐητι.* Vt tamen candide fateàr, vereor ne ſint, quibus copula omiſſa, quamvis in lyrico carmine, dubia de veritate conjecturae noſtrae moveat.

CAPVT X.

Ἀινεῖν ferre et promittere *audit. τέχνη et τύχη permutantur.* Ioannes Stobenſis *corrigitur. Epigramma* Rufini *reſtituitur. πέτραις pro τέχναις.*

v. 2. *Θῆσσαν τραπέζαν αἰνέσαι. εὐαρεστῆσαι. καταδέξασθαι.* Schol. Similiter in Hipp. 37.

ἔκδημον αἰνέσας φυγήν.

Schol. εὐαρεστήσας. In *Electra* noſtri v. 1247. αἰνεῖν ἀνάγκη ταῦτα non eſt: *probare tamen haec eſt neceſſe*, ut latinus interpres vertit; ſed potius: *ferre debemus haec*. Synonymon eſt στέργειν. utrumque jungitur in Fr. XVII. *Bellerophontis*:

> στέργειν δ' ὑδρηροῖς, ὥστε θὴρ, ἀεὶ ποτοῖς,
> χειμῶνι δ' ἀσκεῖν σῶμα, θερμὰ θ' ἡλίου
> τοξεύμαθ' αἰνεῖν μὴ σκιατραφούμενος.

mox *promittendi* ſignificatione ᾔνεσαν δέ μοι θεαὶ. ut *Sophocles* in *Phil.* 1398. ἃ δ' ᾔνεσας μοι δεξιᾶς ἐμᾶς θιγών. ad v. 10. cf. *Excerpta Diodori* de Virtut. et Vit. VI. p. 847.

v. 35. σφήλαντι τέχνῃ. v. τέχνην pro *malis artibus, dolis* a Graecis uſurpari docet *Lennep* ad *Phalarin* p. 358. *Dorville* ad *Charit.* p. 803. Lipſ. *Sophoclis Philoct.* 928. καὶ πανουργίας Δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον. v. 88.

> ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς.

Duces exercituum nonnunquam τέχναις uti probe ſciens, perſuadere tamen mihi nequeo *Alexandrum* dixiſſe, quod, ut ab eo profectum, apud *Ioannem Stobenſem* legitur *Sermone* LII. p. 363. 41. Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῆς οἰκουμένης ἐκυρίευσεν εἶπε. βουλῇ καὶ μύθοις καὶ ειπεροπήδει ΤΕΧΝΗι. Mirum ni aliquid ſaltem fortunae tribuerit ſummus Heros; Dixit ille, ni fallor, ſe rerum geſtarum ſucceſſum βουλῇ καὶ μύθοις καὶ ΤΥΧΗι tribuere, cum, ut Cicero ait, in ſummo Imperatore hae tres virtutes ineſſe debeant, ſcientia rei militaris, virtus, auctoritas, *felicitas*. Corruptam vocem ειπεροπήδει quomodo corrigam incertus ſum. Fortaſſe: καὶ τῇ συνοπηδῷ τύχῃ. *Teleſtes* apud *Athenaeum* XIV. p. 626. A. συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας. Sed haec forſitan aliquando felicius corrigentur. Verbum τέχναις male legi puto in Epigrammate *Rufini* XII. Anal. Vet. Poet. T. II. p. 393.

Ποῦ

Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου
αὐταῖς πρόσθε ΤΕΧΝΑΙC πνεῦμα χαριζόμεναι.

Fortaſſe τέχνη eſt *opus ipſum*; fortaſſe et *Rufinus* paulo majori cum energia ſcripſit:

αὐταῖς πρόσθε ΠΕΤΡΑΙC πνεῦμα χαριζόμεναι.

Glaucus Epigr. III. Anal. T. II. p. 347.

Ἁ Βάκχα Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
τὸν λίθον, ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.

Epigr. incert. Aut. CCXLV. Anal. T. III p. 200.

Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν;
ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο;

v. 54. τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δοκεῖ *Eurip. Bacch.* 317. κἀκεῖνος οἶμαι τέρπεται τιμώμενος. quem locum excitavit *Valken.* ad *Hipp.* v. 8. — ad ſeq. v. confer *Epigr. Bianoris* XVI. Anal. Vet. Poet. T. II. p. 158.

Πάντα Χάρων ἄπληστε, τί τὸν νέον ἥρπασας αὔτως
Ἄτταλον, οὐ σὸς ἔην κἂν θάνῃ γηράλεος;

et *Epigr. Crinagorae* XLII. Vol. II. p. 152. κούρην αἱμύλον ἐνάετιν

Ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη. τί πρόωρον ἐφιεὶς
μοῖραν τῇ πάντως σεῖο ποτ' ἐσσομένῃ;

v. 83. ζῶσ' ἔτι φῶς λεύσσει Πελίου παῖς. Plane ſic *Lucianus* M. D. XXVI. p. 435. οὐχ ἡδὺ ἦν ζῶντα ὁρᾷν τὸ φῶς. Perquam familiaris eſt *Euripidi* ſententia ἡδὺ τὸ φῶς βλέπειν, ut *Iphig.* in *Aul.* 1218 vide *T. Hemſterhuis* ad *Lucian.* l. c. — Quod v. 88. legitur ὡς πεπραγμένων ucem capit ex *Hipp.* v. 680. De v. νεολαῖα cf. *Interpp. Theocr. Eid.* XVIII. 24. *Dorville* ad *Charit.* p. 2. *Alberti* ad *Heſych.* V.

CAPVT XI.

CAPVT XI.

Euripides *in* Oreſte *et* Alceſtide *corrigitur.* *πλαθὰς et σταθὰς. Literae praecedentium vocum proximis non raro adhaerent.* Sulpicius Victor *emendatur.*

v. 116. Μόρος γὰρ ἄποτμος πλάθει. Egit de hac forma v. πλάθει *Brunk.* Vir Ill. ad *Hecub.* 880 et *Andromach.* 24. Reſtituendum, ni fallor, hoc verbum *Euripidi* in *Oreſte* v. 1255.

> φόβος ἔχει με, μή τις ἐπὶ δώμασι
> ΣΤΑΘΕΙΣ ἐπὶ φόνιον αἷμα
> πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ.

Praecedentia et proxime ſequentia verba ſatis mihi indicare videntur, non ſic ſcripſiſſe *Euripidem*, ut vulgatur, ſed

> φόβος ἔχει με, μή τις ἐπὶ δώμασι
> ΠΛΑΘΕΙΣ ἐπὶ φόνιον αἷμα —

Sic v. 1684.

> Ἑλένην Ζηνὸς μελάθροις πελάσω

Medea v. 759.

> — — ἀλλά σ' ὁ
> Μαίας πομπαῖος ἄναξ
> Πελάσειε δόμοις.

v. 178. προδοῦναι γάρ σ' ὀκνοῦσα. *Sophocl.* in *Phil.* ὀκνῶ προδότης καλεῖσθαι. *Heraclid.* v. 28. ὀκνῶν προδοῦναι. — mox ad vv. σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκλήσεται Σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως. confer *Ariſtophan.* in *Eqq.* v. 1249.

> — σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκλήσεται
> Κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον εὐτυχὴς δ' ἴσως,

ubi *Scholiaſtes* parodiam notavit.

v. 227. Οἷα πράξας δάμαρτος σῆς στερηθεὶς; Scribendum, ni fallor

οἷα πράξεις; —'

Quid ages? — ad v. v. βρόχῳ οὐρανίῳ δέρην πελάσαι. cf. *Sophocl. Oedip. T.* 1263. *Euſtath.* in Ιλ. Γ. p. 295. 9.

v. 292. καλῶς μὲν αὐτοῖς κατθανεῖν ἧκον βίου. *cum in eorum actatem optime conveniſſet pro te mori.* hanc dicendi formulam illuſtravit *L. Bos ad Lucian.* T. II. p. 469. ed. Reiz. adducto praeter alios *Aelian.* H. A. II. ῥώμης καὶ ἀλκῆς εὖ ἥκοντας v. et *Buddaei* Comment. L. Gr. p. 1082. ſq.

Pene oblitus eram monere male ſcribi v. 106. hujus Tragoediae καὶ τί τόδ' αὐδᾷς. Sed videamus totum locum

Ἡμ. καὶ μὴν τόδε δὴ κύριον ἦμαρ
ᾧ χρῆν σφε μολεῖν κατὰ γαίας.
Ἡμι. ΚΑΙ ΤΙ ΤΟΔ' αὐδᾷς;
Ἡμι. ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν.

Male ſic vulgo hi verſus inter perſonas diſtributi ſunt. Ultimus enim verſus cum praecedenti continuandus eſt, quem et ipſum corruptum eſſe ſuſpicor. Luce omnia clariora fient, quae nunc obſcura ſunt, modo legas

Ἡμι. ΑΙΛΙΝΟΝ αὐδᾷς
ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν.

v. αἴλινον ſaepius apud noſtrum recurrit. Egerunt de ea *N. Heinſius* et *P. Burmannus* ad *Ovid.* III. *Amor.* IX. 23. Dum haec relego leviori medicina hunc locum perſanari poſſe video, ſcribens

ΑΙ, ΤΙ ΤΟΔ' αὐδᾷς

Cum enim huic verſui praepoſitum forte eſſet Ἡμιχ. facile χ ſequenti voculae adhaerere et in κ mutari potuit. *Vae, cur huius tam triſtis rei mentionem facis?* Quibus verbis ſtatim ſubjicitur

ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες φρενῶν.

Percu-

Perculit enim, ſcito, haec tua vox meum animum. Nemo facile erit quin plura hisce ſimilia apud Tragicos ſe legiſſe meminerit. *Troades.* 2116.

ἒ ἒ Φρενῶν ἔθιγες, ἔθιγες.

Nihil autem in Codd. frequentius hac vicinarum literarum permutatio et perturbatio; cujus rei cum in hoc libello plura exempla dabo, unum hic breviter indicare liceat. Legitur ap. *Sulpicium Victorem* Inſtitut. Orat. p. 260. Horum locorum vim ut intelligere poſſimus per aliquam controverſiam, accipienda videtur illa ex Graecis, Comoediam *alienam* edere ſub nomine ne liceat. — Conjecturam de hoc loco propoſuit *P. Bondam.* V. Cl. in *Var. Lect.* L. II. c. XIII. p. 322. ſq. quae mihi tamen non omnino ſatisfacit. Suſpicor enim *Sulpicium* ſcripſiſſe: Comoediam *malignam* edere ſub nomine ne liceat. — Mutatio fere nulla eſt, ſenſus optimus.

CAPVT XII.

Levis medela Euripidi *adhibetur. Mors alata* *μελάμπτερος* *Corruptus Tibulli locus tentatur.* Euripides *illuſtratur.* *πρέπειν* ſimilem eſſe. *αὐτίκα pro αὐτῇ* Apollodoro *reſtituitur. Idem Auctor corrigitur.*

Admetus optimam conjugem animam agentem cernens, ultimum ei acclamat vale. Omnia, inquit, quaecunque ad vitae voluptates perfruendas faciunt, tecum mihi intereunt. Ne vero dulciſſimo tuo adſpectu omnino priver, imaginem tuam formandam curabo, quam amplexibus ſovens, te ipſam mihi ſovere videar.

354. ψυχρὰν μὲν οἶμαι τέρψιν, ἀλλ' ὅμως βάρος
ψυχῆς ἀπαντλοίην ἂν ἐν δ' ὀνείρασι
Φοιτῶσα μ' εὐφραίνοις ἄν. Ἡδὺ γὰρ φίλοις
κἂν νυκτὶ λεύσσειν ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον.

Valde inclinat animus ut legam:

— — ἀλλ' ὅμως βάρος
λύπης ἀπαντλοίην ἄν.

ut πημάτων βάρος *Suppl.* 818. et *Hipp.* v. 878.

ποῦ φύγω βάρος κακῶν;

vulgata tamen lectio ferri poteſt. In proximis vv. *Aldina* φίλοις habet, *Barneſius*, neſcio unde, φίλον. Melius *Muſgravius* φίλος edidit; nota apud Graecos ſtructura. In verbis autem — ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον ſenſus mihi quidem pendere videtur. *Reiskius* ulcus latere ſub pelle ſuſpicatus, medicinam adhibuit, ipſo malo pejorem. Legit ille: ὅντιν' ἂν οὐ παραστῇ χρόνον. Sed metri leges non tanti faciebat acutiſſimus vir quin pro lubitu migraret. Tu mecum corrige

— — Ἡδὺ γὰρ φίλος
κἂν νυκτὶ λεύσσειν χ' ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον.

Amicus nobis nunquam non gratus venit; ſive noctu, ſive quocunque tandem tempore veniat.

v. 843. Ἐλθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν
Θάνατον φυλάξω· καί νιν εὑρήσειν δοκῶ
πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων.

Verba ſunt Herculis, qui Alceſtidem ab inferis reducere apud animum conſtituit. Difficile eſſet mendum in iis indagare, niſi *Scholiaſtes* ſcripſiſſet μελάμπεπλον εἰδωλοποιεῖται μελαίνας πτέρυγας ἔχων ὁ θάνατος. Vnde apparet eum in Codice ſuo legiſſe

Ἐλθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπτερον νεκρῶν
Θάνατον φυλάξω. — — —

Alatus

Alatus fingitur Thanatos. v. amiciſſimum *Doering.* V. Cl. *de Diis alatis* p. 23. n. 35. In hac Fabula v. 260. ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγέσι βλέπων πτερωτὸς ᾅδης. *Petron.* c. 34. p. 144. *Seneca Oedip.* 164.

mors alta avidos oris hiatus
Pandit et *omnes explicat alas.*

Dubitari tamen poteſt an *Scholiaſtae* lectio vulgatae anteponenda ſit. Certe *μελάμπεπλον* habet quo defendi poſſit. *Paulus Silentiar.* Epigr. XL.

Σιτοδόκῳ δ' ἄγραυλος ἀνὴρ βαρύμοχθος ἰάλλοι
Γαστρὶ μελαμπέπλου μητέρα Φερσεφόνης.

Nox in Fragmento *Alexidis* ap. *Athenaeum* XII. p. 552. E. νυκτὸς ὄμμα μελαμπέπλου. *Antipater Sidon.* Ep. LXXVIII. ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων. — Somnus qui formae ſimilitudine a morte proxime abeſt *fuſcis circumdatur alis* ap. *Tibullum* L. II. El. I. 89. quem locum ut conjecturam de eo proponam, hic adſcribere liceat.

Poſtque venit tacitus fuſcis circumdatus alis
Somnus et incerto Somnia *nigra* pede

Locus varie impugnatus et defenſus. v. *Heynium* Summum Virum in *Obſervatt.* p. 101. ubi docte refutavit conjecturam *Broukhuſii*, qui — *Somnia vara pede* legi poſſe ſuſpicatus eſt. Idem Vir, cui omnia mea debeo, valde probavit, quod ipſe olim periclitatus eram

— et incerto ſomnia *nixa* pede

Propert. II. XXII. 40.

Proſiit in laxa *nixa pedem* ſolea

idem I. III. 4.

Cynthia *non certis nixa* caput *manibus.*

Virgil. Aeneid. X. 736.

Tum ſuper abjectum poſito *pede nixus* et haſta.

Horat. I. Sat. II. 88. Ne - *molli fulta pede* ſit. *Conſolatio in Liviam.* 52. et *incerta* eſt hic quoque *nixa* rota. In lo-

 co

co Euripideo, unde egreſſi ſumus, Orcus vocatur ἄναξ νεκρῶν. In v. 1140. autem, ubi Hercules, quomodo Alceſtidem ab inferis reduxerit, narrat, δαιμόνων κοίρανος appellatur.

μάχην ξυνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ.

Quod an ſimili uſu comprobari poſſit equidem dubito. *Scholiaſtes* ad h. v. ἢ τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ. Quod ſuſpicionem movere poſſit, *Euripidem* ſcripſiſſe

Μάχην ξυνάψας νερτέρων τῷ κοιράνῳ

Epigramma Incerti aut. DCCXXXI. Anal. V. P. T. III. p. 310.

ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδώνευς.

βασιλεὺς ἐνέρων etiam eſt ap. *Aeſchyl.* in *Perſ.* 628.

v. 906. Haec procul dubio reſpiciunt *Anaxagoram* qui res humanas tam excelſo animo tuliſſe fertur, ut cum acerbum de immatura filii morte nuntium audiviſſet reſponderet: ſciebam me mortalem genuiſſe. v. *Ciceron.* Tuſcul. Quaeſt. III. 14. *Galen.* T. I. p. 283. 48. *Valkenaer.* in Diatribe. p. 28. A. B. *Diogenes Laërtius* II. 13. et ibi *Menagius.* *Plutarch.* Conſol. ad Apoll. T. I. p. 118. *Anaxagorae* dictum *Lucianus* imitando expreſſit in D. D. XIV. T. I. p. 240. ᾔδεις γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

v. 974. Φάρμακα πολυπόνοις ἀντιτεμὼν βροτοῖσι. ἀντιτεμὼν remedia inveniens recte Schol. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν τὰς ῥίζας τεμνόντων καὶ εὑρισκόντων. ubi ante ultimam vocem fortaſſe aliquid excidit. *Pindar. Pyth.* IV. 393.

σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσαισ'
ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν
Δῶκε χρίεσθαι —

v. *Schol. Sophocl.* in Ριζοτ. ap. *Macrob.* Saturn. V. 19. *Aeſchyl.* in Agam. 17. 857. v. *Schütz.* V. III. et *Abreſch.* Anim-

Animadv. in Aeſch. p. 351. *Brunk.* V. Ill. ad *Eurip.* Andromach. 121.

v. 1124. εἰ τί σοι δοκεῖ πρέπειν γυναικὶ. *An ſimilis ſit vide. Pindar.* Pyth. II. 70.

εἶδος πρέπεν οὐρανίᾳ θυγατρὶ Κρόνου.

Sophocl. Electra. 664. ubi *Brunk* V. Ill. hanc verbi πρέπειν ſignificationem illuſtrat. v. et *Abreſch*. Animadv. in Aeſch. L. II. p. 281. *Interpp. Heſychii* V. πρέπον.

v. 1129. Οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ τήνδ' ὁρᾷς δάμαρτα σήν. *Euripides* mihi ſcripſiſſe videtur:

Οὐκ ἔστιν. ἀλλ' αὐτὴν ὁρᾷς δάμαρτα σήν.

Ipſiſſimam vides conjugem tuam. Vox αὐτῇ corrupte legitur ap. *Apollodorum.* L. III. p. 219. Καλλιρόη δὲ τὴν Ἀλκμαίωνος ἀπώλειαν μαθοῦσα, πλησιάζοντος αὐτῇ τοῦ Διὸς, αἰτεῖται τοὺς γεγεννημένους παῖδας ἐξ Ἀλκμαίωνος ΑΥΤΗ, γενέσθαι τελείους. Ordinem verborum parum concinnum eſſe animadvertit magnus commentator. T. II. p. 651. Mihi ſatis veriſimile eſt *Apollodorum* reliquiſſe: τοὺς γεγεννημένους παῖδας ἐξ Ἀλκμαίωνος ΑΤΤΙΚΑ γένεσθαι τελείους. Hoc enim precatam fuiſſe Callirhoën, non ut aliquando ſed ut ſtatim ad pubertatis terminum accederent filii, ex iis apparet, quae proxime ſequuntur: γενόμενοι δὲ ἐξαίφνης οἱ παῖδες τέλειοι — *Ovid. Metamorph.* IX. 415. de Callirhoe agens:

Iuppiter his motus privignae dona nuruſque
Praecipiet: facietque viros impubibus annis.

Idem verbum in eodem auctore, locum quem tenere debuit, mutaſſe videtur. L. III. VI. 8. p. 212. de Tydei in Melanippum contumelia: ὁ δὲ διελὼν, τὸν ἐγκέφαλον ἐξερρόφησεν αὐτὸν ὡς δὲ εἶδεν Ἀθηνᾶ v. S. *Heynium* T. II. p. 631. Mihi legendum videtur: τὸν ἐγκέφαλον ἐξερρόφησεν. Αὐτὸν δὲ ὡς εἶδεν Ἀθηνᾶ κ. τ. λ.

CAPVT XIII.

Ἐπισκήπτειν. mandare. irruere. Aeſchylus *corrigitur.* *Maximum ſolatium ſocios malorum habuiſſe.* Plutarchus, Hyperides et Chryſoſtomus *tentantur.*

In Alceſtide adhuc commorari liceat. In v. 367. quem feliciſſime reſtituit *Pierſonis* ſagacitas, verbum ἐπισκήπτειν *mandare* audit. Quam ejus ſignificationem illuſtravit *Brunk* ad *Philoct.* 782. ubi praeter hunc locum et *Iphig.* in *T.* 701. laudat. v. et *Indicem* in *Sophoclem* V. Redeat hoc v. alia tamen ſignificatione, poſtliminii jure in *Aeſchyli Choëph.* v. 59. ubi legitur:

Ῥοπὴ δ'ἐπισκοπεῖ Δίκας
ταχεῖα, τοῖς μὲν ἐν φάει
τάδ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
μένει. — —

τοῖς μὲν in hac verborum ſtructura ſoloecum eſſe animadvertit *C. de Pauw.* qui τοὺς reponi jubet. Sed neque ſic locus perſanatus videri poteſt. Quomodo enim, quaeſo, dicatur ῥοπὴν δίκης ἐπισκοπεῖν. Quare corrigo:

Ῥοπὴ δ' ΈΠΙΣΚΗΠΤΕΙ Δίκας
ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάει

Irruit in eos qui vivunt. v. *T. Hemſterhuis* in *Lucian.* T. I. p. 102. *Valken.* in *Hippol.* p. 212. B. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 81. 75.

v. 419. Οὐ γάρ τι πρῶτος οὐδὲ λοισθιὸς βροτῶν
γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες.

Frequentiſſimum ſolatium *ſocios malorum habuiſſe.* Noſter in *Inone* ap. *Stob.* T. CXXIII. p. 613. 40. κακοῖς γὰρ οὐ σὺ προσκεῖσαι μόνη. et p. 515. 50.

θάῤῥει· βέλτιστε οὐ σοὶ μόνῳ ταῦτα γέγονεν.

Plutarch. in *Conſ. ad Apollon.* T. II. p. 106. quem locum adſcribo ut nonnulla ex eo menda eluam: Ὥστε καταφανὲς

φανὲς ἔιναι, ὅτι ὁ παραμυθόυμενος τὸν λυπούμενον καὶ δεικνύων κοινὸν καὶ πολλῶν τὸ συμβεβηκὸς ἐκ (L. ἢ) τῶν καὶ ἑτέροις συμβεβηκότων ἐλάττονα (L. ἔλαττον), τὴν δόξαν τοῦ λελυπημένου μεθίστησι καὶ τοιάυτην τινα ἐμποιεῖ πίστιν αὐτῷ ὅτι καὶ ἔλαττον ἢ ἥλικον ᾤετο τὸ συμβεβηκός ἐστιν.

v. 491. Chorus Herculem docuerat caedis et ſanguinis plenum eſſe certamen, ad quod in Thraciam profecturus eſſet, contra Diomedis equos ipſumque eorum dominum

κτανὼν ἄρ' ἥξεις ἢ θανὼν αὐτοῦ μενεῖς.

Ad quae Hercules reſpondet:

όυ τόνδ' 'ΑΓΩΝ' 'ΑΤΡΩΤΟΝ ἂν δράμοιμ' ἐγὼ.

Hoc igitur certamen non ſine vulneribus erit. Sic enim hunc verſum legendum eſſe mihi perſuaſum habeo, non ut vulgo legitur

ὅυ τόνδ' 'ΑΓΩΝΑ ΠΡΩΤΟΝ ἂν δράμοιμ' ἐγώ.

Quae non video quomodo Chori verbis apte reſpondeant. Nihil frequentius eſſe in Codd. permutatione literarum Π et Τ harum rerum periti ſciunt. Corrigam in tranſitu *Hyperidem* ap. *Stobaeum* Serm. LXXII. p. 439. 13. Δεῖ τὴν ἐκ τῆς ὀικίας ἐκπορευομένην ἐν τοιάυτῃ καταστάσει ἔιναι, ὥστε τοὺς 'ΑΠΟΛΙΠΟΝΤΑC πυνθάνεσθαι μή τινος ἐστὶ γυνὴ ἀλλά τινος μήτηρ. Legendum ni fallor: ὥστε τούς 'ΑΠΑΝΤΩΝΤΑC πυνθάνεσθαι — *Lucian.* in *Amoribus.* T. II. p. 447. de puero ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεσθαι κατω κεκυφὼς καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων ἐξ ἐναντίου προςβλέπων. Corrigendus et *Dio Chryſoſtomus* Oratio LXX. p. 373. ed. Reisk. 'Ει δέ τις ἀπαγγέλοιτο ΤΙ, ΩC μουσικὴν ἄριστα ἐπιστάμενος καὶ περὶ τοῦτο διατρίβων. *Reiske* v. τι vel inducendum vel cum τοι permutandum eſſe cenſet. Corrigendum vero ἐι δέ τις ἀπαγγέλοιτο ΠΩC, μ. — *Si quis forte profitetur muſicae peritiam.*

V. 647. cf. *Lucianus* T. I. DD. IX. p. 229. *Phalaris* Ep. I. 2. 7. ubi v. *Lennep.*

V. 678. πότερα λυδὸν ἢ Φρύγα. Reſpexit h. v. *Ariſtophanes* in *Avibus*. 1244.

— Φέρ' ἴδω πότερον λυδὸν ἢ Φρύγα
ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς;

h. *hominem nequam et formidoloſum* — ὁυ βαλὼν ὄυτως ἄπει. v. βάλλειν de adſeriis jaciendis uſurpari exemplorum copia docuit cl. *Wyttenbach*, Belgiae lumen, ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 5. *Plato* de Rep. I. p. 417. A. ὅιον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι.

v. 783. Hunc et quinque ſequentes verſus *Plutarchus* laudat in *Conſol. ad Apoll.* T. II. p. 107. ubi ὄυκ ἐστι θνητῶν et ὅποι βήσεται legitur. — verſus ſequentes inde a verſu 786 ante oculos habuiſſe videtur *Auctor Incertus* Epigr. LXXXI. A. v. P. T. III. p. 166.

Πῖνε καὶ εὐφραίνου - τί γὰρ ἄυριον ἢ τί τὸ μέλλον
οὐδεὶς γινώσκει - μὴ τρέχει μὴ κοπία.
ὡς δύνασαι, χάρισαι, μεταδὸς, φάγε, θνητὰ λογίζου
τὸ ζῆν τοῦ μὴ ζῆν οὐδὲν ὅλως ἀπέχει.
πᾶς ὁ βίος τοιόςδε, ῥοπὴ μόνον, ἂν προλάβῃς σοῦ,
ἂν δὲ θάνῃς, ἑτέρου πάντα, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

Ad v. 802. cf. *Plutarch.* T. II. p. 118. καὶ πείθοντες τὰ κοινὰ τοῦ βίου συμπτώματα κοινῶς φέρειν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως.

CAPVT XIV.

Euripidis *Andromache corrigitur. Eidem a Scholiaſte indicata lectio reſtituitur.* Nonni *imitatio notatur.* Euripides *μισογυνης in Elegia* Hermeſianáctis, *quae tentatur.* *ποςσῦνιν.* *Medela adhibetur corruptisſimo* Euripidis *fragmento. Corriguntur* Lucianus *et* Pauſanias.

Andromache v. 26.

> Καὶ πρὶν μὲν ἐν κακοῖσι κειμένην ὅμως
> ἐλπίς μ' ἀεὶ ΠΡΟCΗιΓΕ, σωθέντος τέκνου
> ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.

Verba ſunt Andromachae in Prologo. quo infortunium ſuum deplorat. προσῆγε varie a Criticis impugnatum et defenſum eſt. Mihi quidem aptam interpretationem vix admittere videtur, neque omnino ſatisfaciunt, quae *Brunk* V. Ill. ad hanc lectionem defendendam protulit. Eleganter *Pierſon.* in *Veriſim.* p. 72.

> Ἐλπίς μ' ἀεὶ πρoὔσηνε

conjecit; de qua conjectura tamen, an vera ſit, dubitare licet. Quum enim elegantiſſime dicatur ἐλπίς με σαίνει ut ap. *Aeſchylum* in *Choëph.* 192.

> σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος.

non tamen intelligitur cur προὔσηνε dicat pro ſimplici, neque hoc verbum ſatis graecum eſſe videtur. Vt aliorum conjecturas praeteream, ipſe hunc verſum ſic forſitan emendari poſſe ſuſpicatus ſum:

> Ἐλπίς μ' ἀεὶ ΠΟΤ' ἜΙΧΕ —

Quod prava pronunciatione facile in προσῆγε deflecti potuit. *Medea* 1331.

> ἣ μὴν ΠΟΤ' ἡ δύστηνος ἜΙΧΟΝ ἐλπίδας,

Oreſtes 866.

> — σῷ γὰρ εὔνοιαν πατρὶ
> ἈΕΙ ΠΟΤ' ἜΙΧΟΝ. —

Sophocles in *Electra* 951.

 ἔγωγ'

ἔγωγ' ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ
θάλλοντά γ' εἰσήκουον, ἜΙΧΟΝ ἐλπίδας
Φόνου ΠΟΤ' αὐτὸν πράκτορ' ἵξεσθαι πατρός.

Et quod propius adhuc ad hunc locum accedit, ap. *Meleagr.* in *Epigr.* CXX.

Ὀυδέ ΜΕ μητρὸς ἔτ' ἜΙΧΕ πόθος.

v. 192 Chorus Andromachae perſuadere ſtudet ut aram, in quam confugerat, relinquat et cum dominis dimicare ceſſet.

Λεῖπε δεξιμήλου
δόμον τᾶς ποντίας θεοῦ· τίς σοι
Καιρὸς ἀτυζομένα δέμας ἀεικέλιον καταλεέβειν
ΔΕΣΠΟΤΩΝ 'ΑΝΑΓΚΑΙΣ.

Comparantibus haec cum Scholiaſtae verbis apparebit aliam olim lectionem in Codicibus obtinuiſſe. τίς σοι, inquit ille, ὠφέλεια ἀτυζομένῃ καὶ λυπουμένῃ ΠΕΡΙ ΤΗΝ 'ΑΤΗΝ ἀπρεπῶς καὶ ἐπιπόνως. Corrupta haec quidem, indicant tamen ſatis diſerte ἄταις olim hic lectum fuiſſe. Ille forſitan in Codice ſuo legerat:

— — τίς σοι
καιρὸς ἀτυζομένα δέμας ἀεικέλιον καταλείβειν
ΔΥΣΠΟΤΜΟΙΣ 'ΕΝ 'ΑΤΑΙΣ.

ut his ἄτας δυσπότμους ita ἄτας ἀχορεύτους habes in *Troad.* v. 121. et *Hercule Fur.* v. 1284.

ὀυ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω.

Vulgata tamen lectio firmari poteſt ex *Aeſchyli Perſis* 585.

ουκ ἔτι δασμοφοροῦσι
Δεσποσύνῃσιν ἀνάγκαις.

v. 217 Hunc locum *Nonnus* ante oculos habuiſſe videri poteſt *Dionyſ* LXLII. 15.

Πᾶσα γυνὴ ποθέει πλέον ἀνέρος αἰδομένη δὲ
Κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτὴ,
καὶ μογέει πολὺ μᾶλλον κ. τ. λ.

Habemus

Habemus vero et hoc in loco ut in plurimis aliis *Euripidem* μισογύνη, qualem, praeter alios, *Hermeſianax* fuiſſe ſcripſit in notiſſima *Elegia* v. 61. quem locum in tranſitu corrigam:

> φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμενον ἄνδρα
> καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ΕΚ CΥΝΟΧ῀ΩΝ
> πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. — —

Intactos reliquit *Rhunkenius* hos verſus, vocem συνοχῶν tamen vitioſam exiſtimans. Legam equidem

> καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ’ΑΙCΧΡΟΛΟΓ῀ΩΝ
> πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. —

Quum in omnes mulieres turpia et contumelioſa verba jaceret.

v. 298. Chorus Dearum de pulchritudine certamen enarrans

> Κύπρις, inquit, εἷλε λόγοισι δολίοις
> τέρπνοις μὲν ἀκοῦσαι
> πικρὰν δὲ σύγχυσιν βίου Φρυγῶν πόλει
> ταλαίνᾳ ΠΕΡΓΑΜΟΙC τε τροίας.

Verbum deſiderari quo regatur πικρὰν σύγχυσιν animadvertit *Musgravius*, qui legit τέρψεις μὲν ἄγουσα. Quod nimis a vulgatae ſcripturae literis recedit, quam ut pro vera *Euripidis* manu haberi poſſit. Ipſa autem verba τέρπνοις μὲν ἀκοῦσαι ea ſunt, quae vix in ſuſpicionem vocare auſim. *Medea*. 316. λέγεις ἀκοῦσαι μάλθακα. Mihi ſcribendum videtur:

> πικρὰν δὲ σύγχυσιν βίου Φρυγῶν πόλει
> ταλαίνᾳ ΠΟΡCΥΝΟΥCΙ Τροίᾳ.

Scholiaſtes. πικρὰν δὲ βίου σύγχυσιν τῇ τροίᾳ ΚΑΤΑCΚΕΥ-ΑΖΟΥCΑ. (L. κατασκευάζουσι.) h. e. πορσύνουσι. v. 804. πορσύνεται. κατασκευάζεται. v. 352.

> οὐ χρὴ ’πι μικροῦ μεγάλα πορσύνειν κακά.

Aeſchylus in *Perſis* 265.

> — Φράσαιμ’ ἂν οἷ ἐπορσύνθη κακά.

κατεσ-

κατασκευάσθῃ καὶ ἐγένετο. *Scholiaſt.* — *Oedipus* C. 340. αἱ δὲ σύννομοι τάξω βίου τροφεῖα π ο ρ σ ύ ν ο υ σ᾽ ἀεὶ. *Homer.* Ιλ. Γ. 411. πορσυνέουσα. Schol. παρασκευάσουσα. v. *Abreſch.* in *Aeſchyl.* L. II. p. 531.

v. 440. Andromache Menelao impietatem exprobrans, interrogat:

Τὰ θεῖα δ᾽ οὐ θεῖ οὐδ᾽ 'EXEIN ἡγῇ δίκην.

In hoc verſu maxime mihi placet *Reiskii* conjectura, qui legit

— οὐδ᾽ 'ΕΛΕΙΝ C' ἡγῇ δίκην.

Quod quam Euripideum ſit ſtatim probabo, cum Fragmentum *Euripidis* emendavero, quod legitur ap. *Io. Stobenſem* Tit. XLVII. p. 341. Geſn.

"Ουτ᾽ εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ᾽ ἐχρῆν εἶναι νόμον
Τύραννον εἶναι· μωρία ΔΕ ΚΑΙ ΘΕΛΕΙΝ
"Ος τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

Obſcuros hos verſus *Musgravius* ne tentavit quidem. Tu meo periculo lege et diſtingue:

"Ουτ᾽ εἰκὸς ἄρχειν οὔτ᾽ ἐχρῆν εἶναι νόμον·
Τύραννον εἶναι μωρία. ΔΙΚΗ Θ᾽ 'ΕΛΕΙ
ὅς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

Poenas dabit qui imperium in cives exercere audet. Sic noſter in *Heraclidis* 940.

Ὦ μῖσος ἥκεις; Ἑ̃ΙΛΕ C' 'Η ΔΙΚΗ χρόνῳ.

Sophocl. in *Electra.* 528.

'Η γὰρ Δ'ΙΚΗ ΝΙΝ Ἑ̃ΙΛΕΝ οὐκ ἐγὼ μόνη.

In *Elogis Phyſicis* p. 9.

Στείχουσα ΜΑ'ΡΠΤΕΙ τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ ΔΙ'ΚΗ.

v. *Valkenaer* in *Diatribe* c. XVIII. p. 186. *Phavorinus* ap. *Stobaeum.* T. XLIX. p. 342. 15. ὅπου γὰρ ἂν καταφύγῃ ὁ τύραννος 'ΗΔ'ΙΚΗ αὐτὸν 'ΑΙΡΗCΕΙ. Sic librarii verborum ſyllabas diſtrahere ſolent. Simile facinus admiſerunt

in

in *Luciani Piſcatoribus* §. 21. T. I. p. 591. Ὦ Πολιὰς, ἐλθέ μοι κατὰ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος, ἀναμνησθεῖσα ὁπόσα ἐπιορκούντων ὁσημέραι ἀκούεις αὐτῶν. καὶ ἃ πράττουσιν ΔῈ ΜΌΝΗ ὁρᾷς, ἅτε ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα. Cum cauſa non appareat cur Minerva *ſola* hominum facinora videre dicatur, verba δὲ μόνη, quae praeterea orationem ſcabram reddunt, corrupta eſſe ſuſpicor. Legendum autem, ni fallor: καὶ ἃ πράττουσιν, ΔΑΙΜΟΝΙΗ, ὁρᾷς. *Non ſolum audis, o Dea, quae pejerant, ſed vides etiam, quae facinora edunt.* Eximendum etiam ſimile vitium ex *Pauſania* L. I. XI. p. 26. Καὶ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἔδωκε, τὸ νῦν αὐτοῦ, καὶ Ἀνδρομάχης (ἠκολούθει γὰρ) ὧν ΚΑΙ ΝΥΝ ἐστιν ἡρῷον ἐν τῇ πόλει. Pro ὧν *Kuhn* legendum putabat οὗν *Sylburgius* οἱ. Fortaſſe: καὶ Ἀνδρομάχης, ἠκολούθει γὰρ υἱῷ ΚΛΕΙΝΟΝ ἐστιν ἡρῷο ἐν τῇ πόλει.

CAPVT XV.

Imitatio Homeri *indicatur.* Euripidi *medela affertur in* Andromache *et* Supplicibus. *Duo Anthologiae Graecae Epigrammata corriguntur.* κινυρομένα. *Verſus ex* Hermeſianactis Elegia *tentatur. Corruptus* Euripidis *locus emendatur.*

v. 33. Λείβομαι δακρύοις, κόρας
στάζω λίσσαδος ὡς πέτρας
λιβὰς ἀνήλιος, ἡ τάλαινα.

Vereor ut haec ſana ſint. Latinus interpres quidem ſatis commode vertit: *Lacrimis pupillas irrigo, tanquam ex petra gutta cadens:* quanquam vel ſic comparatio claudicat. Mihi videtur Tragicus exprimere voluiſſe haec *Homeri* in Il. XVI. 2.

Πάτροκλ

Πάτροκλος δ' Ἀχιλῆϊ παρίστατο, ποιμένι λαῶν,
δάκρυα θερμὰ χέων ὥστε κρήνη μελάνυδρος
ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Vnde primum apparet ἀνήλιον apud Noſtrum non eſſe πολυήλιον, ut Scholiaſtes interpretatus eſt, ſed δνοφερὸν *nigrum.* Deinde vero ex hoc *Homeri* loco *Euripidum* ſic corrigendum eſſe ſuſpicor:

λείβομαι δακρύοις κόρας,
στάζει λίσσαδος ὡς πέτρας
λιβὰς ἀνήλιος. —

Fundo lacrymas oculis, ut nigra ſtillat aqua ex laevi rupe. v. 116.

Τάκομαι ὡς πέτρινα πιδακόεσσα λιβάς.

Similis locus eſt in *Supplicibus* v. 79. idem tamen corruptus:

Ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων
πολύπονος, ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας
ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν,
ἄπαυστος ἀεὶ γόων.

Merito horum verborum ſtructura offendit *Marklandum,* qui varia tentavit ut hunc locum ſanitati reſtitueret. Cui enim non diſpliceat χάρις γόων et mox ἄπαυστος γόων praecipue cum poſtrema haec natent et pendeant. Videſis an haec forſitan ita emendanda ſint:

ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων
πολύστονος, ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας
ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν
ἄπαυστος, ἀεὶ γοᾷν.

Ingens me et inſatiabilis cupido, multis cum gemitibus conjuncta, tenet, ut nunquam non lacrymas fundam, ſicuti guttae aquae ab alta rupe indeſinenter decidunt. σταγὼν ἄπαυστος fere ut ap. *Sophocl. Oedipo C.* 685. ἄϋπνοι κρῆναι. χάρις γόων πολύστονος ut in *Medea* 204.

Ἰαχὰν ἄϊον πολύστονον γόων.

Oppoſi-

Oppoſitio autem eſt et comparationis vis in ἀεὶ γοᾶν et ἄπαυστος σταγών.

v. 851. ἵνα θανοῦσα νερτέροισι μέλω. *apud inferos degam* nihil amplius *Theon. Epigr.* III. Vol. II. fortaſſe p. 405.

'Αλκύοσιν, Ληναῖε, μελεῖς τάχα. κῶφα δὲ μήτηρ
μύρεθ' ὑπὲρ κρυέρου κειρομένη σὲ τάφου.

ut olim emendavimus in *Specimine Emendd.* p. 63. Similiter *Horatius* Epod. X. 21.

Opima quod ſi curvo praeda litore
Projecta mergos juveris.

Liceat mihi hac opportunitate tentare *Mnaſalcae Epigramma* XVIII. Anal. T. I. p. 193. Quod olim invitis Muſis contrectavi:

Αἱ αἱ Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν ἐς Ἀχέροντα
οἴχεαι, ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου.
ματρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλάκι κεκλιμένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

v. *Brunk* Virum Doctiſſimum in Animadverſ. Scribendum eſt, ni fallor:

πολλὰ κινυρομένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Quintus Smyrnaeus. 477. ἀμφὶ δὲ μήτηρ
πολλὰ κινυρομένη κενέῳ ἐπαῦτεε τύμβῳ.

Idem *Mnaſalcas* Ep. IX. τραυλὰ μινυρομένα. Contra vero v. πολλάκι eidem poetae reſtituendam ſuſpicor in Epigr. XIII. quo equae cujusdam celeritatem praedicat:

Αἰθυίας, ξένε, τόνδε ποδηνέμου ἔννεπε τύμβον
τᾶς ποτ' ἐλαφρότατον χέρσος ἔθρεψε γόνυ.
πολλάκι γὰρ νάεσσι ἰσόδρομον ἄνυσε μᾶκος,
ὄρνις ὅπως, δολιχὰν ἐκπονέουσα τρίβον.

Vulgo πολλαῖς legitur. Non tamen video, quid ad indicandam equi celeritatem faciat, quod *multas* naves curſu aequare potuerit. Haec autem inſignis ejus laus erat, *ſaepius* idem feciſſe. πολλάκι reddendum videtur

quoque

quoque *Hermeſianacti* in *Elegia* v. 37. ubi de *Mimnermo* agit:

Κάιετο μὲν Νάννους· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτῳ
κνημωθεὶς κώμους σίχε συνδραμίη.

Varietatem lectionis v. ap. *Rhunken* p. 291. qui de ultima voce deſperat. Illam intactam relinquens, reliqua ſic commode conſtitui poſſe puto:

— — πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι ΝΩΤΩ,
κνημωθεὶς κώμους 'ΕΙΧΕ — —

Quod a lectione Venet. Codicis λώτῳ proxime abeſt. Sed jam in viam redeo.

v. 855. ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ πάτερ, ἐπακτίαν
'ΩCEI ΜΟΝΑΔ' ἔρημον ουσαν
ἐναλίου κώπης.

Verba ſunt *Hermiones*, quae ſe a patre relictam eſſe queritur. Locus autem manifeſte corruptus eſt Deſideramus enim ſubſtantivum quo referantur v. v. ὡσεὶ μόναδ' ἔρημον. *Navem* enim cum latino interprete ſubintelligere nimis durum eſt; quamvis manifeſtum ſit, ejusmodi vocabulo reſtituto ſenſum optimum evadere. Si hariolari licet, *Euripidem* ſcripſiſſe dicam:

ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ πάτερ, ἐπακτίαν
'ΩCEI Μ' 'ΟΛΚΑΔ' ἔρημον οὖσαν
ἐναλίου κώπης.

Reliquiſti me, pater, uti navigium, remigio deſtitutum, in maris aeſtu.

CAPVT

CAPVT XVI.

Nicoſtratus *corrigitur.* χαυνότης. ἐικήτορα *tentatur apud* Euripidem *pro* ἐνιάτορα. Antonino Liberali *medica manus admovetur.* πρός τι. cujus rei gratia?

531. Κακῶν γυναικῶν ἔισοδοί μ᾽ ἀπώλεσαν. Verſus ab antiquis ſaepius repetitus. Laudat eum *Nicoſtratus* ap. *Stobaeum.* Serm. LXXIII. p. 444. in loco paſſim corrupto: φυλακτέον δὲ καὶ περὶ γυναικῶν αὐταῖς (ſ. κακὰς) φιλίας καὶ συνηθέιας, τὸ τοῦ Ἐυριπίδου μεμνημένους· Ἡ γὰρ δὴ (ſ. Ἑρμιόνη γὰρ) ἐξαμαρτάνουσα οὐχὶ αὐτὴν ἔλεγεν αἰτίαν ἀλλ᾽ ἐκέινας ὡς τραγῳδεῖ·

κακῶν γυναικῶν ἔισοδοί μ᾽ ἀπώλεσαν.

vide et *Plutarch. Nupt. Praecep.* T. II. p. 143. E. Sequentem verſum:

ἀι μοι λέγουσαι τούσδ᾽ ἐχάυνωσαν λόγους

illuſtrant haec *Platonis* in Epiſt. IX. ἐμπλῆσαι ὑψηλῆς καὶ χάυνης ἐλπίδος. τὸ χαῦνον enim tribuitur iis rebus, quae neque firmae neque denſae ſunt, ut fungus, ut ſpuma, ut alia ejusdem generis. *Plutarch. de Fortuna.* T. II. p. 99. τοῦδ᾽ ἀφροῦ τὴν παρὰ τῷ χαλινῷ κοπτομένην χαυνότητα. *Philoſtratus* in *Icon.* I. 2. jungit τὸ χαῦνον καὶ τὸ ἁπαλον. Similiter apud *Aelianum* V. H. XIV. 7. p. 725. ed. Kuhn. ἐι δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν ἢ ὑγρότερον, ὑποιδούσης — πιμελῆς.

v. 990. ἀλλ᾽ ὡς τάχιστα τῶνδε μ᾽ ἔκπεμψον δόμων
μή φθῇ με προςβὰς δῶμα καὶ μολὼν πόσις

Hermiones verba. Haereo in copula καὶ. quae mihi quidem hoc in loco valde importuna videtur. Fortaſſe ſcribendum eſt:

μή φθῇ με προςβὰς δώματ᾽ ἀναμολὼν πόσις.

ſexcenties enim pluralis δώματα pro ſingulari apud *Euripidem* invenitur.

v. 1037. Chorus malorum recenſum faciens, quae inde ab eo tempore, quo Graeci ad Trojam excidendam profecti erant, Graeciam occupaveran,

πολλαὶ δ', inquit, ἂν Ἑλλάνων
ἀγορὰς ἀχόρους στοναχὰς
μέλποντο δυστάνων τεκέων ἄλοχοι
ἐκ δ' ἔλειπον οἴκους
πρὸς ἄλλον ΈΥΝΑΤΟΡΑ.

Exhibuimus corruptam lectionem editionis Aldinae et multorum Codicum. Primum nihili eſt ἀγορὰς ἀχόρους στοναχὰς. *Musgravius* ἀγόρους verum putat, recte judicans, hac voce depravata, aliis ἀγορὰς aliis ἀχόρους legentibus, temporis progreſſu, utramque lectionem in textum irrepſiſſe. Quod non ita raro factum eſſe Divae Criticae antiſtites haud ignorant. Vt unum exemplum laudem, legitur ap. *Antonium Liberalem*. Cap. XV. Ἀλλ' εἰ μὲν Ἀθηνᾷ τις ἱερὰ ποιῶν ἐκάλεσεν τὰς κόρας, ἀπέλεγεν ὁ ἀδελφὸς τὴν κλῆσιν· οὐ γὰρ ἀγαπᾶν, ἔφη, γλαυκὴν θεὸν, ὅτι ταῖς αὐταῖς χώραις κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας. Legendum videtur: ὅτι ταῖς κόραις ὀφθαλμὸς ε. μ. quod cum in ταῖς χώραις mutatum eſſet, alius fortaſſe margini adſcripſit γρ. ταῖς κόραις idque poſtea cum ipſa corrupta lectione locum in textu obtinuit. Qui aliter hunc locum corrigendum putavit, *Munkerus*, vocem χώραις tamen inducendam eſſe vidit. In Choro Euripidis, quem tractamus, ἀγορὰς verum puto cum *Heathio* et legendum:

πολλαὶ δ' ἂν Ἑλλάνων
ἀγορὰς στοναχὰς
μέλποντο δυστάνων λεχέων ἄλοχοι.

λεχέων, quod jam *Heathio* in mentem venit, ad ſenſum plane neceſſarium eſſe videtur. Ad ſequentes verſus

ἐκ δ' ἔλειπον οἴκους
πρὸς ἄλλον εὐνάτορα.

acute

acute animadvertit *Muſgravius*: Mirum eſſe ſi hoc inter triſtia numeratum fuerit, quod infamiae potius notam inurere debuiſſet. Ille quidem *πρὸς ἄυον ἐυνάτορα* legendum conjicit. Vereor ut ſatis bene. Quid? ſi Euripidem ſcripſiſſe dicamus:

ἐκ δ' ἔλειπον ὄικους
πρὸς ἄλλον 'ΟΙΚΗΤΟΡΑ.

Domum reliquerunt et lares, quos novus dominus occupabat. Triſtiſſima ſane res, quam, tot Graecis ad Trojam occiſis, accidiſſe ſatis probabile eſt. In hac enim plurium familiarum ruina id evenit, quod *Horatius* canit II. Carm. XVIII. 26.

— — pellitur paternos
In ſinu ferens Deos
Et uxor et vir ſordidosque natos.

πρὸς ἄλλον ὀικήτορα, novi domini gratia. Sic *πρὸς τί; cujus rei gratia, quapropter*, quam ſignificationem praepoſitionis *πρὸς* illuſtravit *Abreſch.* ad *Aeſchylum* L. II. p. 424. et *πρὸς χάριν* eodem ſenſu dixit *Sophocles* in *Antigone* 29. *ὀιωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν, ἐισορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.* h. *βορᾶς ἕνεκα.* v. *Dorville in Charit.* p. 538. ed. Lipſ.

CAPVT XVII.

Corrupti in Supplicibus *loci emendatio proponitur. χᾶιον πρᾶγος.* generoſum et nobile facinus. *ὁσίη ἀνάγκη quid? γεγωνίσκειν in* Euripide *emendatur. Literarum transpoſitio uberrimus corruptelarum fons.* Teles Stobenſis *corrigitur.* Euripidi *bis medela aſſertur.*

Argivae mulieres Aethram, Theſei matrem, ſuppliciter rogant, ut filio expeditionem contra Thebas, corporum,

 quae

quae ibi inhumata jacebant, recuperandorum cauſa, ſuſcipere ſuadeat.

v. 59. — — παρἀπει.
σον δὲ σὸν, ὃν λισσόμεθ' ἐλθεῖν
τεκνὸν Ἰσμηνὸν, ἐμὰν τ' ἐς χεῖρα θεῖναι
νεκύων θαλερῶν σώματα, ΛΑΪΝΟΝ
ΤΑΦΟΣ.

Difficilis locus, variiſque Criticorum conjecturis vexatus. Interpoſuerat *Brodaeus* voculam εἰς ut ſit θεῖναι εἰς λάϊνον τάφον, quod merito rejecerunt *Reiskius* et *Muſgravius*, quorum alter — σώματα, γάϊνον βάρος legendum conjecit. Vereor ut ſatis bene. Certe et ſic languet oratio, verbis prorſus inutilibus temere adſutis. Mihi in mentem venit, quod tamen ipſe dubito multis probatum iri:

— — ἐμὰν τ' ἐς χεῖρα θεῖναι
νεκύων θαλερῶν σώματα, ΧΑΪΟΝ ΠΡΑΓΟΣ,

ut judicium Chorus apponat, de actione, quam Theſeum ſuſcipere cupit. Librarius, cum vocem paulo doctiorem χάϊον non intelligeret, facile illam in λάϊνον mutare potuit, quod ſaepius apud *Euripidem* legerat. Quo facto mutatio τοῦ πρᾶγος in τάφος neceſſaria videri debuit. χάϊος. ἀγαθός. *Heſych.* et ſic interpretatur *Scholiaſt.* ad *Theocrit.* Eid. VII. 5. χάων τῶν ἐπάνωθεν. *Ariſtophanes* in *Lyſiſtr.* 90. *Aeſchylus* in *Suppl.* 865. — Quod autem ſequitur, id longe ineptiſſimum eſt:

Ὁσίως· οὐχ' ὑπ' ἀνάγκας δὲ προσπιτνοῦσ'
προσαιτοῦσ' ἔμολον δεξιπύρους θεῶν
Θύμελας.

Quomodo enim, quaeſo, mulieres, quae Aethram ſuppliciter rogant, ſe id nulla neceſſitate coactas facere, dicere audent? Quod cum et alii viderent, comma poſt οὐχ poſuerunt, quaſi mulieres dicerent, ſe non ſervata Deorum reverentia ad aram acceſſiſſe, *quia*, *Heathius* ait, *ſordido*

ſordido et funebri veſtitu indutae erant, quem veſtitum Theſeus v. 97. *advertens appellat* πεπλώματ' οὐ θεωρικά. Sed neque ita haec difficultas tollitur. Theſeus enim, laudato loco, nihil aliud dicit, quam ſe illas luctu graviter afflictas videre, qui luctus κουραῖς et πέπλοις οὐ θεωρικοῖς h. veſtibus parum laetis, triſtibus, quales lugentes gerere par erat, indicabatur. Legendum forte:

Ὁσίας οὖν ὑπ' ἀνάγκας σὲ προσπιτναῦσ'

quaecunque neceſſario fit actio, ea ἀνάγκη vocatur: quae ſi ad religionem pietatisque ſpectat officia, ὁσίη dicitur. In hoc igitur loco ὁσίη ἀνάγκη pietas eſt matrum erga filios, qua impulſae Aethrae genua accidunt. Ἀνάγκης igitur partes etiam in ſuaviſſimis rebus eſſe poſſunt. *Bacchylides* ap. *Athen.* II. p. 39. E.

γλυκεῖ' ἀνάγκα σευομένα κυλίκων.

Pindarus Nem. VIII. 4.

τὸν μὲν ἁμέροις
Ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις τὸνδ' ἑτέροις,

Hunc ſuaviter regis, illum contra. ubi cave cum *Eraſmo Schmidio* legas: ἀναγκαῖς *in ulnis.* Specioſa eſt *Heinſii* in *Theocrito* emendatio Eid. XXIII. 12.

καὶ κῶρας δεινὸν βλέπον, εἶδον ἀνάγκαν.

pro εἶχον ἀνάγκην, quod an ſatis expediri poſſit dubito.

v. 201. Αἰνῶ δ' ὅς ἡμῖν βίοτον ἐκπεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο,
πρῶτα μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον
γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὯCTE ΓΙΓΝΩCΚΕΙΝ
ἔπος.

Rerum, quas Theſeus hoc loco recenſet, beneficium ad Prometheum plerumque autorem referri ſolet. v. *Aeſchylum* in *Prometh.* 447. ſeqq. unde noſter forſitan traxit βίον πεφυρμένον. In hoc autem loco corrigendum ſuſpicor:

γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὩC ΓΕΓΩΝΙCΚΕΙΝ ἔπος.

 quo,

quo, ni fallor, ſenſus horum verborum valde juvatur. *Linguam Deus dedit, qua verba diſtincte et explanate, ita ut ab omnibus intelligantur, proferre poſſemus.* Noſter in *Electra* 808

δεσπότης δ' ἐμὸς
τἀναντὶ εὔχετ' ου γεγωνίσκων λόγους.

pro ſimplici λέγειν. (*Heſych.* γεγωνίσκει. λέγει.) *Aeſchylus* in *Prometh.* 628.

τί δῆτα μέλλεις μὴ ου γεγωνίσκειν τὸ πᾶν.

v. *Dorville* in *Vanno Critica.* p. 150. *Interpp. Heſychii.* V. *Pierſon* in *Moerin.* p. 114. ſq. Caeterum levis eſt literarum transpoſitio, cujus ſimile exemplum habemus in Fragmento *Teletis* ap. *Stobaeum* Serm. XXXVIII. p. 231. 41. ubi eorum vanitas exagitatur, qui exilium ſummum malum putant, magnamque, ubi locorum ſepeliantur, curam habent. Ἴση, cum Ariſtippo inquit, καὶ ὅμοια ἡ εἰς ᾅδου ὁδὸς, ἤ τὴν ἀρχὴν εἰ μὴ ταφήσῃ, τί σοι μέλοι; ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ᾿ΑΓΝΟΙΑ πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν. *Geſnerus* corruptam vocem in προνοία mutari vult. Corrigam: ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ᾿ΑΓΩΝΙΑ πολλὰς κ. τ. λ. h. ingens timor et trepidatio. *Demoſthenes* pro Cor. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. — Mox v. 207. non opus eſt emendatione *Marklandi*, quam et *Muſgravius* refellit. ἄρδειν *recreare* audit. v. *Wyttenbach* ad *Plut.* de S. N. V. p. 117.

v. 218. Δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι.
Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδας, ὁυ σοφὸς γεγὼς
Ὅστις κόρας μὲν θεσφάτοις Φοίβου ζυγεὶς
Ξένοισεν ᾧδ' ἔδωκας ΩΣ ΖΩΝΤΩΝ ΘΕΩΝ.

Varie hunc locum impugnant et defendunt. *Heathius* quidem recte vidit antitheſin eſſe in his verbis — ὡς ζώντων θεῶν

θεῶν et v. 229. ſqq. ſenſum tamen non ſatis expedit. *Euripides* haec ſine dubio voluit: Adraſtum parum conſtantis animi virum modo obſecutum eſſe Deorum oraculis, (ut, cum filias Tydeo et Polynici daret,) modo illis morem gerere noluiſſe — θέσφατ᾽ εἶτ᾽ ἀτιμάσας

βίᾳ παρελθὼν θεοὺς κ. τ. λ.

In eundem ſenſum dicta ſunt haec Sophoclis in *Oedipo Col.* 277.

> καὶ μὴ, θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τῶν θεῶν
> ὥραν ποιεῖσθε μηδαμῶς.

Verba: ὡς ζώντων θεῶν qui defendunt, ſic explicant: *ac ſi Dii revera exiſterent, et omnia eorum poteſtati ſubjecta eſſent.* Sed de eo ne dubitare quidem poterat Adraſtus; id autem et facere potuit et fecit, ut quamvis Deos eſſe et omnia gubernare ſciret, illis tamen dicto audire nollet. Legendum forſitan, ut juſta ſit antitheſis:

> Ὅστις κόρας μὲν θεσφάτοις Φοίβου ζυγεὶς
> Ξένοισιν ὧδ᾽ ἔδωκας ΩΣ ΣΩΖΩΝ ΤΑ ΘΕΩΝ.

Filias tuas hoſpitibus dediſti, ut Phoebus juſſerat, tanquam Deorum mandata exſequuturus: poſtea autem vatum, Deorum voluntatem interpretantium, reſponſa neglexiſti, tibi ipſe contradicens, modo obtemperans Diis, modo eorum imperium detrectans. σώζειν hoc ſenſu ſexcenties apud *Euripidem* occurrit. v. 527. σώζων νόμον πανελλήνων v. 564. δίκαια σώζων φάος. In v, θεῶν eſt ſynizeſis, quae in medio verſu frequentiſſima, in fine quoque locum habere poteſt. v. 481.

> ὅταν γὰρ ἔλθῃ πόλεμος εἰς ψῆφον πόλεως.

Sophoclis Antig. 289.

> οὐκ ἔστιν ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως.

adde *Oedip. Col.* 47.

Qui locus hunc ſequitur, etiam corrupte legitur:

 v. 229.

v. 229. Ἐις δὲ στρατείαν πάντας Ἀργείους ἄγων
μαντέων ΛΕΓΟΝΤΩΝ, θέσφατ' ἐιτ' ἀτιμάσας
βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, ἀπώλεσας πόλιν.

μαντέων λεγόντων pro ἀντιλεγόντων. Sic *Barneſius*. Aliis hoc perſuadeat, ἐγὼ δέ τις ὀυ ταχυπείθης. Hoc voluiſſe videtur *Euripides*, Adraſtum vates conſuluiſſe quidem, ſed cum eorum reſponſa, contra quam voluerit, cecidiſſent, illis obtemperare noluiſſe. Hic ſenſus ut reſtituatur, corrigendum arbitror:

μαντέων τ' ἘΡΩΤΩΝ θέσφατ', ἐιτ' ἀτιμάσας.
βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, ἀπώλεσας πόλιν.

vatum vaticinia conſulens. *Phoeniſſ*. 15. ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον. *Hercules F.* 1137.

ἐρωτᾷς δ' ἄθλι' ἑρμηνεύματα.

Deinde jungo ἀτιμάσας θεοὺς Deorum nullam rationem habens, cum illis olim in omnibus obtemperandum eſſe (σώζειν τὰ θεῶν) putaſſet. Neque igitur opus eſt, ut cum Cl. *Beck* legas: βίᾳ παρελθὼν θεῶν. cum ad βίᾳ, ἀυτῶν ſubintelligere poſſis.

CAPUT XVIII.

Ἄργος πελάσγιον. Euripidi *bis medela adhibetur*. ἐικῆ λέγειν vana et temeraria loqui. *Diphthongi* αι *et* ει *ſaepiſſime cum literis* ε, η *et* ι *permutantur*. Ion Tragicus *apud* Plutarchum *emendatur*. Euripides *tentatur*.

Cum Argivae mulieres a Theſeo impetraſſent ut earum cauſam contra Thebanos ſuſciperet, in has laetas voces erumpunt:

v. 365.

v. 365. Ἰππόβοτον Ἄργος, ὦ πάτριον ἐμὸν πέδον,
ἐκλύετε τάδε, ἐκλύετ᾽ ἄνακτος
ὅσια περὶ θεοὺς καὶ ΜΕΓΑΛΑ
ΠΕΛΑΣΓΙΑ ΚΑΙ ΚΑΤ᾽ Ἄργος.

Difficilis locus, de cujus ſinceritate primus *Reiskius* dubitationem injecit. Alii aliter eum conſtituunt; mihi in mentem venit

— καὶ ΜΕΓ᾽ ἈΝΑ,
ΠΕΛΑΣΓΙΟΝ ΑΙΝΕΤ᾽ Ἄργος.

junge: μέγ᾽ αἰνετά. *et magnifice per Pelasgium Argos praedicanda:*

v. 420. — γάπονος δ᾽ ἀνὴρ, πένης
ΈΙ ΚΑΙ ΠΕΝΟΙΤΟ κἀμαθὴς ἔργων ὕπο
Ούκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Praeconis verba ſunt, qui liberum Athenarum imperium elevans, illud imprimis vituperat, quod omnibus publice dicendi copia eſſet. Verba εἰ καὶ πένοιτο *Marklandus* parentheſeos ſignis includi jubet, hoc ſenſu: *Agricola vero pauper ſi modo accidat ut etiam pauper ſit.* Hoc autem admodum jejunum eſt. Neque tamen magis placet *Musgravii* conjectura — πένης, εἰ καὶ πονοίη. *pauper etiamſi laboret.* Nihil enim ad ſenſum facit, utrum laboret pauper an otioſus ſedeat. Languent haec verba et orationis nervos incidunt. Conjectura noſtra, quam tibi jam proponimus, quamvis paulo audacior, ſenſum tamen haud abſonum efficit:

— γάπονος δ᾽ ἀνὴρ πένης
ἘΙΚΗ ΛΕΓΟΙ Τ᾽ ἊΝ, κἀμαθὴς ἔργων ὕπο
Ούκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Pauper autem, qui manu victum quaerit, cum in publicum prodierit, vana et temeraria loquetur, et rerum imperitus, quae ſint e republica, perſpicere non poterit. εἰκῆ ſaltem pro εἰ καὶ verum puto. εἰκῆ. μάτην. *Heſychius.* et μάταια βάζειν

ζειν eſt in *Hipp.* v. 119. Nihil frequentius in Codicibus invenias hac ex prava pronunciatione orta permutatione diphtongorum αι pro ε et η, ει pro η et ι raro pro ευ. Plurima hujus permutationis exempla proferentur in ſequentibus, hic *Ionis Tragici* locum mihi emendandum ſumam, qui corruptiſſime legitur ap. *Plutarch.* in *Conſol. ad Apollon.* T. II. p. 113. ed. Frcf. T. VI. p. 430. ed. Reisk. Τούτων γὰρ τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν μὴ δὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾷν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων οὖν ὁ τραγικὸς ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας. πεποίηκέ τινα λέγουσαν: Ἐξῆλθον ἩΜΩΝ ΚΑΙ ΤΑ ἩΜΩΝ τρόφος παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους. Verba Tragici peſſime corrupta vidit *Xylander*, qui in Mſc. ſic ea invenit ſcripta: Ἐξῆλθον ἩΜΩΝΗΤΑΙ καὶ τοὺς ἡμῶν τρόφος. Quae ſi cum vulgata ſcriptura comparas, primum ſatis apparet τοὺς ἡμῶν aberrationem librarii eſſe pro τλήμων, cujus verbi veſtigia in vulgata latent: τα ημων. Reliqua ſic ſcribenda, ni fallor:

Ἐξῆλθον Ἡ ΜΟΝΗ ΤΕ ΚΑΙ ΤΛΗΜΩΝ τρόφος
παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Verba ſunt nutricis in ſcenam prodeuntis, et prologo fortaſſe agentis. Novi certe acti initium conſtituunt. conf. *Iphigen.* in *Aul.* 1099. Ἐξῆλθον οἴκων προσκοπουμένη πόσιν. — μονη *relicta* eſt *ab omnibus* et *auxilio privata*. *Medea.* 513.

εἰ φεύξομαι δὲ γαῖαν ἐκβεβλημένη
φίλων ἔρημος, σὺν τέκνοις μόνη μόνοις.

v. 602. Γένοιτ' ἂν κέρδος οἱ δ' ἀρειφατοι
φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς Γ' ΑΝΑ ΤΟΠΟΝ
πάλιν κτύποι φανήσονται.

Implorare hunc locum criticam manum vidit *Musgravius*, qui varia tentavit, ut eum integritati reſtitueret. Speciofa quidem

quidem *Reiskii* conjectura ἂν Ἄσωπον, eadem vero vix admittenda, cum non ſatis intelligatur, cur Thebis tantummodo luctus excitetur, non item Athenis, unde exercitus profectus erat. Communem enim Martis fortunam Athenienſes non minus timere debebant, quam Thebani. Quid ſi ſcribamus:

— ὅι δ' ἀρείφατοι
φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς Τ'ΑΓΑCΤΟΝΟΙ
πάλιν κτύποι φανήσονται.

Iterum fient caedes, pugna et planctus cum gemitu mixtus. ἀγάστονος, πολυστένακτος. *Heſych. Scholiaſt.* in *Odyſſ.* M. 97. ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη. μεγάλους ψόφους ἀποτελοῦσα. *Aeſchylus* VII. *c. Thebas.* 99.

τί μέλλομεν ἀγάστονοι.

CAPVT XIX.

Λαὸν pro αὐτόν. Sophocles *tentatur. ἄγαμος ἄνδρων* innupta. *ἐφ' ἥμας pro ἔγημας* Euripidi *reſtituitur.*

v. 659. Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορὶ
κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος ἱππότην ὄχον
πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον.

Quis ferat αὐτὸν Πάραλον et mox κρήνην αὐτὴν, praecipue cum αὐτὸν hoc quidem loco ſenſu omnino ſit vacuum. Librarii oculus aberravit procul dubio ad v. 656. ubi eſt: αὐτὸν δ' ἄνακτα — *Euripides* ſcripſit:

Λαὸν δὲ παράλιον ἐστολισμένον δορὶ —

ſic μυκηναῖος λαός. *Heraclid.* 89. Δελφῶν λαόν. *Ion.* 1140. Vox αὐτὸς ſaepiſſime infauſto omine a librariis invecta eſt. v. c. in *Sophocl. Oedip. Colon.* 941. γιγνώσκων δ' ὅτι Οὐδεὶς

δεὶς ποτ᾽ αὐτοῖς τῶν ἐμῶν ἂν ἔμπεσοι. ubi, quum αὐτοῖς ſubjectum non habeat, quo referatur, legendum ſuſpicor:

'Ουδείς ποτ᾽ 'ΑΣΤΟΙΣ τῶν ἐμῶν ἂν ἔμπεσοι
Ζῆλος ξυνάιμων. — —

v. 752. Ἐπεὶ ταραγμὸς πόλιν 'ΕΚΙΝΗΣΕΝ ΔΟΡΙ
πύλας διῆλθον ἧπερ εἰσῄει στρατός.

Senſus prioris horum verſuum mihi nondum ſatis perſpicuus eſt. Quis enim unquam dixit: cum tumultus urbem haſta turbaret? Fac autem δορὶ *bellum* ſignificare, quod *Marklandus* voluit, non video, quid lucri inde ad ſenſum redeat. Ferrem ταραγμὸν μάχης, στρατιᾶς et ſimilia; et ſane *Musgravius* hunc ſenſum *Euripidi* reſtitui voluit, cum ſcriberet: ἐπεὶ ταραγμοῖς πόλιν ἐκίνησεν δόρυ. Nondum tamen me poenitet conjecturae, qua hunc locum tentavi:

ἐπεὶ ταραγμὸς πόλιν 'ΕΚΙΝΗΣ' 'ΕΝΔΟΘΙ.

poſtquam tumultus urbem intus commoverat. Id enim fieri debuit, ut captivus, quem hic loquentem inducit poeta, Thebis effugere poſſet.

v. 760. Χο. Ὅυς δ᾽ οὐκ ἔθαψε πῆ νεκροὺς ἥκεις λιπών;
Αγ. Ἐγγύς· πέλας γὰρ ΠΑΝ 'ΟΤΙ σπουδάζεται.

Si vera eſt lectio, nunquam *Euripides* gnomen infelicius adhibuit. Quid enim ineptius, quid frigidius hac ſententia: propinqua eſſe quaecunque accelerentur, praecipue hoc in loco, ubi accuratum reſponſum expectabatur. Sed emendatione hic verſus indiget, quam *Musgravius* jam adhibuit, eam vero parum felicem, quippe quae nimis a vulgata ſcriptura recedat, et ſenſum parum juvet. Mihi *Euripides* ſcripſiſſe videtur:

Ἐγγύς· πέλας γὰρ ΠΑΝΣΤΡΑΤΙ σπουδάζεται.

ἥκεις eſt ex veriſſima *Marklandi* emendatione. πανστρατὶ σπουδάζεται pro: πᾶς στρατὸς ἐπισπεύδει. *Homerus* πανσυδίῃ dixiſſet. v. *Schol. Homeri.* Ιλ. 13. 12. *Suidam* V.

v. 786.

v. 786. Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
χρόνος παλαιὸς πατὴρ
ὤφελ' ἉΜΕΡΑι κτίσαι.

Hunc locum, varie a Criticis tentatum in *Specimine Emendationum* C. XII. p. 60. ſic emendandum propoſui:

Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
χρόνος παλαιὸς πατὴρ
ὤφελ' ἈΝΕΡΩΝ κτίσαι

ut jungatur ſcilicet ἄγαμον ἀνέρων. h. *innupta utinam fuiſſem*, quem Atticorum uſum ibi pluribus illuſtravi. v. *Valkenaer* in *Phoeniſſ.* p. 114. *Brunkius* in *Sophocl. Oedip. T.* v. 191. p. 368. In eodem Choro legitur:

v. 798. στεναγμὸν ὦ ματέρες
τῶν κατὰ χθονὸς
αὔσατ' ἀπύσατ', ἀντίφων' ἐμῶν
στεναγμάτων ΚΛΥΟΥCΑΙ.

„Retineri quidem poteſt κλύουσαι, modo ἀντίφωνα cum ἀπύσατε conſtruatur. Malim tamen κλέουσαι *canentes*." Verba ſunt *Musgravii*. Vereor ut vulgata defendi poſſit. Frigida certe evadit ſententia. Neque tamen κλέουσαι ſatis placet in triſti hoc negotio. Legam:

— ἀντίφων' ἐμῶν
στεναγμάτων ἈΧΟΥCΑΙ.

Gemitum matres edite, emittite, lugubrem tollentes cantum, qui meis gemitibus reſpondeat. *Sophocles* in *Trachin.* 879.

ἨΧΕΙ τις οὐκ ἄσημον ἀλλὰ δυστυχῆ
Κωκυτὸν εἴσω.

Ion. 883. Κέρασιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ Μοῦσαν εὐαχήτους ὕμνους. Ἄχουσα. (L. ἀχοῦσα) κραυγάζουσα. *Heſych.*

v. 832. Πικροὺς ἐσεῖδες γάμους.
πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
ἜΓΗΜΑC ἁ πολύστονος.

Ὀιδί-

'Οιδίποδα δώματα
λιποῦσ' ἦλθ' ἐριννύς.

Partem corruptelae vidit *Muſgravius*, totam non ſuſtulit. Diſtinguit ille, quod ſenſus, ſuadebat poſt φάτιν et reliqua verba ſic jungit: ἔγημας τὴν πολύστονον ἐριννὺν, ἃ ἦλθε λιποῦσ' οἰδίποδα δώματα. Vt allegorice haec efferantur, de Polynice puta, qui paternis aedibus relictis, tanquam Furia, perniciem in Adraſti domum intulit. Sed quis tam duram orrationem ferat? Erinnys, quae olim Oedipodis familiam exagitaverat, mala illa eſt et adverſa fortuna, quam Oedipus totaque domus ejus perpeſſa erat. In ἔγημας autem grave mendum haeret. Scribendum enim:

'ΕΦ' 'ΗΜΑC ἡ πολύστονος
'Οιδίποδα δώματα
λιποῦσ' ἦλθ' 'Ερινύς.

Furia, relicta Oedipodis domo, ad nos pervenit. Rheſus 844. τίς δ' ὑπερβαλὼν λόχους τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθεν. *Iphigenia in T.* 199.

"Ενθεν τῶν πρόσθεν δμαθέν-
των Ταντάλιδᾶν ἐκβαίνει
Ποινά γ' ἐς οἴκους.

Vt hic ſic in *Hercule* F. 880. *Lyſſa* una ex furiis πολύστονος vocatur. Mox v. 840. legendum puto:

— νῦν σ' Ἄδραστ' ἀνιστορῶ.

pro νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ. ut v. 110, σὲ, τὸν κατήρη χλανιδίοις, ἀνιστορῶ. *Ion.* 362. ὧν σ' ἀνιστορῶ πέρι.

CAPVT

CAPVT XX.

Τείνειν πρός τι. Contendere et eniti. ἀσκεῖν Euripidi *reſtituitur pro* ἀκούειν. αἰθέρια ἀμβάσεις.

v. 885. Ἀγροὺς δὲ ναίων, σκληρὰ τῇ φύσει διδοὺς
'ΕΧΑΙΡΕ πρὸς τ'ἀνδρεῖον.

dubitatur de veritate lectionis ἔχαιρε duplici de cauſa, primum, quia proximo verſu ἵπποις τε χαίρων legitur, deinde quod χαίρειν πρός τι parum graece dictum videtur. Aeque inſolens eſt, quod *Reiskius* conjecit ἔσκαιρε πρὸς τ. melius *Musgravii* acumen, qui ἐξῆρε emendari voluit, hoc ſenſu: *Laborum uſu naturam ſuam ad fortitudinem extulit.* Mihi in mentem venit:

'ΕΤΕΙΝΕ πρὸς τ' ἀνδρεῖον.

Diodor. ap. *Suidam.* V. ἐντείνας. Ἐις τὸν στρατιωτικὸν καὶ εὐτελῆ βίον ἐντείνας, ἀντὶ τοῦ ἐπιδοὺς. inter Fragmenta *Diodori* XXX. p. 645. v. *Rhunken* in *Timaeum* p. 22. *Abreſch Animadverſ.* in *Aeſch.* L. I. p. 118, *Idem* in *Auctario Dilucid.* in *Thuc.* p. 360.

v. 913. — Ἡ δ' εὐανδρία
Διδακτὸς, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
Λέγειν 'ΑΚΟΥΕΙΝ Θ' ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.

Miror haec verba nemini ſuſpecta fuiſſe, cum abſurdum ſenſum efficiant. Quid enim? Virtutem ea de cauſa doceri poſſe putemus, quod infantes ea *audire* docentur, quae nondum ſciunt? Num quia audiunt propterea etiam audita intelligunt? aut quid eſt audire diſcere? Quis non expectet potius ut dicatur, τὴν εὐανδρίαν, uti et reliquas virtutes, propterea ediſci poſſe, quia infantes multa et dicere et facere doceantur, quorum antea nullam cognitionem habuerint. Aut fallor itaque, aut legendum:

— εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
Λέγειν τε Κ' 'ΑΣΚΕΙΝ, ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.

ἀσκεῖν

ἀσκεῖν pro ποιεῖν noſtro ſolemne eſt. *Helena* 1109. δόλιά τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα. *Bacchae.* 639. ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. in *Antiopa* ap. *Stob.* l. p. 1. 24.

τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρή σ' ἀσκεῖν.

Pythagoras:

εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε.

Xenophon de Rep. Laced. p. 541. 28. καλῶς δέ μοι δοκεῖ ὁ Λυκοῦργος νομοθετῆσαι καὶ ᾗ μέχρι γήρως ἄσκοιτ' ἂν ἀρετή. ἀσκεῖν κακὰ *Sophocles* in *Trachin.* 388. v. *Abreſch. in Aeſchylum.* L. I. p. 180.

v. 990. Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν
ἐδιφρεύετό γ' ἄλιος
Σελάνα 'ΤΕ ΚΑΤ' 'ΑΙΘΕΡΑ
ΛΑΜΠΑΔ' 'ΙΝ' ὠκύθοαι ΝΥΜΦΑΙ
'ΙΠΠΕΤΟΥCΙ ΔΙ' ὀρφναίας κ. τ. λ.

Locus admodum difficilis et procul dubio corruptus. Primum γ' ἄλιος eſt ex conjectura *Canteri*, quam *Barneſius* in textum recepit, pro eo quod Codd. habent τάλας. *Musgravius* v. Δείελος, quam *Heſychius Heſperum* interpretatur, melius putabat convenire ei loco, ubi de pompa nuptiali agitur. Sed haec verbi δείελος ſignificatio unius *Heſychii* auctoritate nititur. Reliqua verba nemo interpretum expedire potuit, et recte *Marklandus* quaerit, quae ſint iſtae celeres nymphae, per tenebras equitantes? Mihi ſic ſcripſiſſe *Euripides* videtur:

Σελάνα Θ' Ἃ ΚΑΤ' 'ΑΙΘΕΡΙ-
ΑΝ 'ΑΜΒΑCΙΝ, ὠκυθόα, ΝΕΦΕΛΑC
'ΙΠΠΕΥΕΙC ΔΙ' ὀρφναίας.

Tuque velox Luna, quae per Aetheris convexa in obſcuris veheris nubibus. ἄμβασις vox proba eſt apud poetas. *Sophocles Oedipus* C. 1020. *Suidas* V. ἄμβασις — καὶ ἄμβασις οὐ νύτις ἦεν. νεφέλη ὀρφναίη vero ut νέφος λύγαιον in *Heraclid.* 855.

v. 1114.

Digitized by Google

v. 1114. τάδε δὴ παίδων καὶ δὴ φθιμένων
Legendum ni fallor:

τάδε δὴ παίδων, τάδε δὴ φθιμένων.

v. 1135. Similis locus eſt in *Aeſchyli Coëph.* 749. quem ſic corrigendum puto:

φεῦ νυκτίπλαγκτων ὀρθίων κελευσμάτων.
φεῦ πολλὰ καὶ μοχθήρ' ἀνωφελῆ θ' ἃ 'γὼ
ἔτλην. — — —

CAPVT XXI.

Tranſitus fit ad Iphigeniam *in* Aulide. *οἰστρησάμενος*, oeſtro concitatus. *κεῖσε pro καί σοι* Euripidi *redditur.*

v. 29. *Valkenaerius* in *Annot. ad Phalarin.* p. XV. comparat ad hunc locum *Phalarid.* Ep. XX. p. 102. 10. γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς. Similiter noſter in *Suppl.* 5-4.

Ἡ πᾶσιν οὖν σ' ἔφυσεν ἐξαρκεῖν πατήρ;

laudat hos verſus *Plutarch. in Conſolat. ad Apollon.* T. II. p. 103. Ald. et Baſil. legunt ἔφυσ' et deinde τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων ἔσται. perperam.

v. 78. Μενέλαος οὖν καθ' Ἑλλάδ' ΟΙΣΤΡΗΣΑΣ ΜΟΝΟΣ
Ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται.

Hos verſus jam antiquitus corruptos fuiſſe Codicum diſſenſus indicat, qui μόνος et μόρῳ legunt. Vtrumque ſine ſenſu. Criticorum tentamina non magis placent quam *Barneſii* explicatio: μονωθεὶς τῆς γυναικός. *Musgravio* placuit,

cuit, οἰστρήσας μέγω. Mihi non diſpliceret, ſi in Codice ſcriptum inveniretur:

Μενέλαος οὖν καθ' Ἑλλάδ' ΟΙϹΤΡΗϹΑΜΕΝΟϹ

Menelaus igitur Graeciam pervagatur quaſi oeſtro percitus. Verba εἰστρέω ſ. οἰστρέω duplici ſignificatione gaudent altera neutra, altera tranſitiva. Noſter in *Bacch.* 32. αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ. *Sophocles* in *Trachin.* 663.

νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς
ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἀμέραν.

οἰστρησάμενος igitur idem eſt quod οἰστρηλατούμενος. In eadem Agamemnonis oratione v. 84. vulgatur:

κἀμὲ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΝ Κ'Α ι Τ Α Μενέλεω χάριν
εἵλοντο σύγγονόν γε.

ubi ni fallor legendum eſt:

κἀμὲ ΣΤΡΑΤΟΥ Γ' ἌΝΑΚΤΑ Μενέλεω χάριν
εἵλοντο σύγγονόν γε.

Alceſte. 501. ζαχρύσου Θρακίας πέλτης ἄναξ. *Cyclops* 86. κώπης τ' ἄνακτες σὺν στρατηλάτῃ τινι. Reliquorum conjecturae mihi non ſatis faciunt. v. 89. pro ἀπορίᾳ κεχρημένος legendum eſſe: κεχρημένοις jam diu eſt quod videram. *Heathius* in eandem conjecturam incidit.

In pulcherrima ſcena inter Agamemnonem et Iphigeniam, ille fatum filiae imminens tecte et obſcure indicat, ita ut ſpectatores tamen quae dicat intelligant:

v. 664. ΙΦ. Μακρὰν ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ.
ΑΓ. Εἰς ταὐτὸν, ὦ θύγατερ, συθ' ἥκεις τῷ πατρί.
ΙΦ. Εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ.
ΑΓ. Αἰτεῖς τί; ΚΑΙ ϹΟΙ πλοῦς ἵνα μνήσῃ πατρός.

Haerent Interpretes in ultimo verſu. Primum enim αἰτεῖς τί; pro τί αἰτεῖς ab indole graecae linguae abhorret, deinde

de vero reliquorum verborum ſenſus parum expeditus eſt. *Musgravius* tentat:

ἀλλ᾽ ἔστι καί σοι πλοῦς ἵν᾽ οὐ μνήσῃ πατρός.

cujus veſtigiis inſiſtens corrigo:

ἀλλ᾽ ἔστι KEICE πλοῦς ἵν᾽ οὐ μνήσῃ πατρός.

non mecum navigabis, ſed illuc tibi navigandum eſt, ubi patris non amplius recordaberis. in σοὶ variant Codd. quorum nonnulli σὺ legunt. κεῖσε occurrit in *Bacchis* v. 194. ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.

Nemini ſuſpecta fuit lectio verſus 727.

Ἡμεῖς μὲν ἐνθαδ᾽ οὕπερ ἐστ᾽ ὁ νύμφιος.

qui tamen, ni me omnia fallunt, medicam manum jam diu implorat: neque enim cum antecedentibus neque cum ſubſequentibus ſatis apte cohaeret. Agunt inter ſe Clytaemneſtra et Agamemnon de ſacrificio ad nuptias quae ſimulantur auſpicandas faciendo. Pergit Agamemnon:

Οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι, πιθοῦ δέ μοι.
Κλ. Τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.
Αγ. ʽHMEIC MEN ἔνθαδ᾽ οὕπερ ἐστ᾽ ὁ νύμφιος
Κλ. Μητρός τι χωρὶς δράσεθ᾽ ἃ ᾽ν μὴ δρᾶν χρεών;

Quomodo quaeſo Agamemnonis verba in v. 727. expectationi reſpondent, quam v 725. excitaverat? Quid eſt tandem illud quod Clytaemneſtram facere jubet? *Se manere velle ubi ſponſus ſit.* Quid hoc ad uxorem facit? Num forte his verbis innuitur Clytaemneſtrae hinc recedendum et Agamemnonem ſine illa ceremonias nuptiales peracturum eſſe? Sed cur illum tam obſcure loquutum eſſe dicamus quum in promtu ſit emendare:

MH NYN MEN᾽ ἔνθαδ᾽ οὕπερ ἐστ᾽ ὁ νύμφιος.

Noli, quaeſo, hic manere. Quod mox diſertius explicatur. Clytaemneſtrae enim interroganti v. 730. ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν; Agamemnon reſpondet:

 χώρει

χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει. Hac lectione admiſſa nihil ſane regina aptius reſpondere poteſt quam haec, quae ſequuntur: *Quid igitur? vos ſoli peragetis quae mearum ſunt partium?* Vt hic Agamemnon: Ὦ γύναι πιθοῦ δὲ μὴν μοι νῦν μέν ἐυθάδε, ſic Theoclymenus in *Helena* v. 1408.

Ἑλένη σὺ δ' ἥν σοι μὴ κακῶς δόξω λέγειν
πείθου, μέν' αὐτοῦ.

Sophocles Oedip. Col. 77. αὐτοῦ μέν'. Clytaemneſtra autem id fieri poſſe negat, neque alium quemquam nuptialem facem praeferre decere contendit. Ad quae cum rex reſpondiſſet, ſe ipſum illam praelaturum eſſe, Clytaemneſtra

οὐχ ὁ νόμος οὗτος καὶ σὺ δὲ φαῦλ' ἡγῇ τάδε.

reſpondet, qui verſus manifeſte in mendo cubat, cujus neque metrum integrum neque ſenſus ſalvus ſit. Legendum ἡγοῦ cum *Marklando*. reliqua autem ſic fortaſſe corrigenda ſunt:

οὐχ' ὁ νόμος οὗτος· μὴ σὺ φαῦλ' ἡγοῦ τάδε.

At haec moribus non recepta ſunt noſtris. ne tu quaeſo, haec contemtim habeas.

CAPVT XXII.

Vrbi, hoſtibus oppugnatae, rete circumdatum eſſe dicitur. πάγη pro ἄρει *conjicitur.* ἐρύματα πυργέντα pro ἔρυμα δακρυόεντα Euripidi *redditur.* Plutarchus *tentatur.*

v. 773. Πέργαμον δὲ Φρυγῶν πόλιν
λαΐνους περὶ πύργους
κυκλώσας ἌΡΕΙ φοινίῳ,
λαιμητόμους κεφαλὰς

Σπά-

Σπάσας, πόλισμα Τροίας
Πέρσας, κατάκρας πάλιν,
Θήσει κόρας πολυκλαύτους.

Nominativus ſive ſubjectum verbi θήσει eſt Ἄρης in v. 764. ad quod adeo participia κυκλώσας, σπάσας, πέρσας referenda ſunt. Quid autem ineptius, quam *Martem* dici urbem *Marte* (Ἄρει φονίῳ) circumdare? Quae difficultas altera *Muſgravii* conjectura, qua ἄρει φονίῳ . . . ὀπάσας legit, prorſus non tollitur. Melius placet altera, quam ille proponit, ſuſpicio: ἄορι φονίῳ λ. κ. Ὀπάσας. Vt ingenue tamen fatear, nondum me poenltet conjecturae, qua hunc locum tentavi:

λαΐνους περὶ πύργους
Κυκλώσας ΠΑΓΗι φονίᾳ
λαιμητόμους κεφαλὰς
Σπάσας.

Exercitum, quo Trojanorum moenia circumdatum iri ait, cum rete comparat; plane lyrice, ut *Aeſchylus*. Agamemn. 367.

Ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
Στεγανὸν δίκτυον.

Agamem. 831. de Troja capta nuncius referens, Gratias, inquit, Diis agamus

— ἐπείπερ καὶ ΠΑΓΑΣ ὑπερκότους
ἐπραξάμεσθα καὶ γυναικὸς οὕνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος.

in. v. 538.

τοίονδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον
Ἄναξ Ἀτρείδης, πρέσβυς εὐδαίμων ἀνὴρ
Ἥκει.

in VII. c. Thebas. 348.

Μαινόμενος δ' ἐπιπνεῖ λαοδάμας

 μιαίνων

μιαίνων εὐσέβειαν Ἄρης.
κορκορυγαὶ ἀνὰ ἄστυ
ποτὶ πτόλιν δ' ΟΡΚΑΝΗ πυργῶτις.

ἑρκάνη. τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σπαργάνη καλεῖται. Eodem ſenſu v. πάγη occurrit apud *Alcaeum Meſſen.* Epigr. XI. (Anal. V. P. Vol. I. p. 489.)

ἦ ῥα μάτην ἐπόνησε λιθόξοος, ὅς σὲ τὸν οἰστρῳ
κυμήναντα θεοὺς, τῇδ' ἐνέδησε ΠΑΓΗι.

Hac metaphora paulo diverſo ſenſu utitur *Plutarchus de ſuperſtitione.* T. II p. 169. de Iudaeis loquens, qui, inepta ſuperſtitione capti, hoſtibus impetum in urbem facientibus, inertes ſedebant. Τῶν πολεμίων τὰ τείχη καταλαμβανόντων, οὐκ ἀνέστησαν, ἀλλ' ἔμειναν, ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ, τῇ δεισιδαιμονίᾳ, συνδεδεμένοι. ubi verba τῇ δεισιδαιμονίᾳ gloſſam redolere videntur.

Ad finem hujus Chori haec leguntur:

μήτ' ἐμοὶ, μήτ' ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις
ἐλπὶς ἅδε πότ' ἔλθοι
Οἵαν οἱ πολύχρυσοι Λυ-
δαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
στήσουσι, παρ' ἱστοῖς μυ-
θεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας·
Τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας
ἜΡΥΜΑ ΔΑΚΡΥΟΕΝΤ' ἀκούσας
πατρίδος ὀυλομένας, ἀπολωτιεῖ.

Hoc loco *Marklandus* nullum in tota hac Tragoedia difficiliorem reperiri exiſtimat. Maxima tamen ejus difficultas eſt in ultimis, quos adſcripſimus, verſibus. Vſum τοῦ ἐλπὶς v. 786. pro Φόβῳ *Marklandus* ad hunc locum expoſuit et *Tyrrwhitt*, qui v. 789. optime emendavit: σχήσουσι

σουσι. In reliquis recte conſtituendis *Marklandi* acumen et ſagacitas, meo quidem judicio, *Muſgravii* ingenio multum praeſtitit. Nos, quae de utriusque conjecturis moneri poſſint, conſulto praetermittentes, facillimam tibi conjecturam proponimus:

> Τίς ἆρα μὴ, ὑπλοκάμους κόμας,
> ΕΡΥΜΑΤΑ ΠΥΡΟΕΝΤ' ἀκούσας
> πατρίδος ὀυλομένας ἀπολωτιεῖ.

Quis, cum propugnacula everſae patriae igne flagrantia audiverit, capillos non abſcindet? ἐρύματα πατρίδος digna poeta locutio. Noſter in *Danaë.* v. 1.

> δόμοι μὲν οἱδ', ἔυπυργά τ' ἐρύματα χθονός.

Sophocles in *Antigone.* 120.

> πρίν ποθ' ἁμετέρων
> αἱμάτων γένυσι πλησθῆ.
> καὶ τε καὶ στεφάνωμα πύργων
> πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.

Virgilius Aeneid. VIII. 375. *caſuras inimicis ignibus arces* vocat.

CAPVT XXIIII.

Ὄνειδος, probrum, Euripidi *reſtituitur pro* μισθόν. ἱστάναι ἐυχὴν, βοὴν preces fundere, clamare.

v. 950. Ουχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ὀυδ' ἐις ἄκραν χεῖρ' ὥστε προςβαλεῖν πέπλοις

merito *Marklandus* de veritate hujus lectionis dubitat. Scabra enim oratio ὀυδ' ἐις ἄκραν χεῖρ' ὥστε. neque graecum eſt προσβαλεῖν ἐις χεῖρα. Corrigendum forſitan:

 ὀυχ

οὐχ' ὥστε γ' ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖν πέπλοις.

ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖν dixit *Ariſtophanes* in *Lyſiſtrata* v. 444. Proxima ſic leguntur;

"Η Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα βαρβάρων,
ὅθεν πεφύκασ' αἱ στρατήλαται γένος.
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Muſgravius docte corrigit: — ἔσται πολύς. *illuſtris erit.* In ſequenti verſu nihil mutandum. γένος dictum eſt pro κατὰ τὸ γένος. *Iphigenia* in T. 666.

ἔστιν ἡ ξένη γένος
'Εκεῖθεν 'Αργεῖά τις

Pindarus Pyth. Θ. 26 ἐξ ὠκεανοῦ γένος ἥρως Δεύτερος. *Sophocles* in *Trachin.* 380

πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν 'Ευρύτου ποτε.

In tertio denique verſu *Euripides* fortaſſe ſcripſerat:

Φθίας δὲ τοὔνομ' οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Phthiae autem nomen et gloria nusquam celebrabitur. Hecuba, v. 1271.

τύμβῳ δ' ὄνομα σὸν κεκλήσεται.

In eadem Achillis oratione v. 970. legitur:

τάχ' εἴσεται σίδηρος. ὃν, πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν 'ΑΙΜΑΤΙ χρανῶ,
ἔιτις με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται.

ἅιματι ſic cum φόνου κηλῖσιν compoſitum, vix locum tenere poſſe acute animadvertit *Muſgravius*; cujus tamen conjecturam: φόνου κύλισιν, nemo facile probabit, qui *Euripidem* noverit. Mihi in mentem venit:

— ὃν, πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν 'ΕΙΜ' 'ΕΤΙ χρανῶν.

quem enſem jam ante ſanguine maculatum eo, quam ad Phryges pervenero. Voce κῆλις fere eodem ſenſus *Euripides* uſus eſt in *Iphig.* in T. 1200. κηλὶς ἔβαλέ μιν μητροκτόνος. φόνου κηλὶς non κηκὶς probabiliter ſcripſit etiam *Aeſchylus*

in

in *Choëphoris* 1012. v. *Abreſch. Animadv.* in *Aeſch.* L. II, p. 579.

Clytaemneſtra, dolo, quem Agamemnon ſtruxerat, cognito, precibus illum a tam funeſto conſilio avertere ſtudens, ne reliquos liberos ipſamque eorum matrem Iphigeniae caede infeſtos ſibi reddat, eosque ad perniciofum conſilium excitet, obteſtatur.

v. 1139. Τοίονδε ΜΙϹΘΟΝ καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·
ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδας αἱ λελειμμέναι
δεξόμεσθα δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών.

Pro corrupta voce μισθὸν *Musgravius* μόμφον ſcribendum ſuſpicatur; cujus tamen vocis autoritas ab uno *Heſychio* pendet. *Brunkius* V. Ill. verſuum ordinem turbatum eſſe judicat, in *Animadv.* ad *Andromachen.* v. 379. Equidem, interpunctione poſt δόμους ſublata, corrigendum puto:

τοίονδ' ΟΝΕΙΔΟϹ καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους
ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ΕΝΔΕῖΙ μόνον —

ἐνδεῖ *Reiskio* debetur. *Cum autem ejusmodi probrum in domo tua reliqueris, levi fortaſſe opportunitate arrepta, ita te excipiemus, ut mereris.* ὄνειδος vox vere Euripidea in hac ipſa Tragoedia v. 906.

σοὶ δ' ΟΝΕΙΔΟϹ ἵξεται
Ὅστις οὐκ ἤμυνας.

et v. 999

μήτ' εἰς ΟΝΕΙΔΟϹ ἀμαθὲς ἔλθωμεν.

ἐπεὶ accipio pro εἶτα. v. *Zeune* ad *Vigerium* p. 391. Pergit Clytaemneſtra v. 1188.

ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαι τί σοι;
Οὔτ' ἆρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἂν
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν ΕΥ ΦΡΟΝΗϹΟΜΕΝ.

 Quos

Quos verſus nemo fuit paulo acutior quin ſubaerati aliquid ſonare animadverteret. Ejusmodi quid Clytaemneſtra dicat neceſſe eſt: Num ego Deos pro incolumnitate tua invocare potero? An Deos adeo ſtultos eſſe cenſes, ut nos votorum pro parricidis ſuſceptorum damnaturi ſint? Quem ſenſum ut *Euripidi* reſtituamus, legendum forſitan:

> Ὀυκ ἆρ' ἀσυνετοὺς τοὺς θεοὺς ἡγόιμεθ' ἂν
> ἐι τοῖσιν ἀυθέντaισιν 'ΕΥΧΑC CΤΗCΟΜΕΝ;

ἐυχὴν ἱστάναι. *preces facere.* Verbum ἱστάναι periphraſi ſaepiſſime inſervit, v. *Markland* ad v. 786. hujus Tragoediae. v. 1039. ἔστασαν ἰαχάν. *Iphigenia* in T. 1307, τίς ἔστησεν βοήν. *Sophocles* in *Philoct.* 1295. τίς ἂυ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς; cf. *Abreſch.* in *Aeſchyl.* L. II. p. 508.

CAPVT XXIV.

Στέφειν. inſtruere. ornare. *ἐσχαρὰν στέφειν in* Euripide *conjicitur. Voces θανοῦσαν et τέγγουσαν confuſae. Verſus ſuſpectus notatur. Corruptela ex alio eximitur.*

V. 1477. Ιφ. Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν·
στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρετι, ΠΛΟΚΑΜΟC ʽΟΔΕ ΚΑΤΑCΤΕΦΕΙΝ
χερνίβων τε παγαῖσιν.

Ut paucis dicam, ſic mihi haec corrigenda eſſe videntur:

στέφεα περίβολα δίδοτε. φέρετε, ΠΛΟΚΑΜΟΥC ΗΔ' ʼΕCΧΑΡΑΝ CΤΕΦΕΙΝ
χερνίβων τε παγαῖσιν.

ὥστε

ὥστε στέφειν αὐτοῖς πλοκαμοὺς καὶ ἐσχαράν. ἤδε pro καὶ occurrit etiam in *Hecuba*. 323. ἔσχαρα pro *ara* v. *Heſychium* V. et *Barneſium* ad *Heraclidas*. 128. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* L. I. p. 183. στέφειν πλοκαμὸν ſupra legimus v. 1080. Verbum στέφειν autem non *corona* ſolum *inſtruere*, verum omnino *inſtruere* audit. v. *Brunk.* V. III ad *Soph Oedip.* T. 3. Vnde χαλκοστέφανον τέμενος pro *luco*, *divitiis inſtructo* dicitur in *Epigrammate Incerti Aut* CXLIII. quare recte hic dicitur ἐσχαρὰν στέφειν παγαῖσιν χερνίβων. Gemellus locus eſt in hoc ipſo Choro. v. 1510. *Videte expugnatricem Ilii*

στείχουσαν, ἐπὶ κάρα στέφη
βαλλομέναν, χερνίβων τε παγαῖς,
βωμόν γε δαίμονος θεᾶς
Ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις
Θανοῦσαν. κ. τ. λ.

ubi pro θανοῦσαν corrigendum ſuſpicor τέγγουσαν. Totum hunc locum autem ſic conſtituam:

— χερνίβων τε παγαῖς
βωμόν γε δαίμονος θεᾶς
Ῥάνισί θ' αἱματοῤῥύτοις
ΤΕΓΓΟΥΣΑΝ.

aqua luſtrali ſuoque ipſius ſanguine aram cruentae inſperget Deae. δαίμονος *Marklando* debetur.

Iphigenia, ubi ad Dianae aram abducitur, τοὐμὸν σῶμα, inquit

Θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα πρὸς βωμὸν θεᾶς
ἌΓΟΝΤΑΣ εἴπερ ἐστὶ θέσφατον τόδε.
καὶ τοὐπ' ἔμ' εὐτυχοῖτε καὶ νικηφόρου
δώρου τύχοιτε. —

Non ignoro paſſim defendi lectionem ἄγοντας, duram tamen eam et impeditam, quocunque modo accipias.

Certe

Certe autem ſcio illum non in ſuae ſolum linguae ſed omnino in bene ſcribendi praecepta peccare, qui, quae ſentiat obſcuris et intortis eloquatur verbis; neque ulla grammatica ſubtilitate effici, ne ſoloeciſmus ſoloeciſmus ſit. Fortaſſe tamen, quod librariorum culpa factum eſt, id injuria *Euripidi* vitio vertimus, quem ſcripſiſſe ſuſpicor

> Τοὐμὸν δὲ σῶμα τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πάτρας,
> καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος γαίας ὕπερ
> Θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα πρὸς βωμὸν θεᾶς.
> ΣΦΑΖΟΝΤΕΣ, εἴπερ ἐστὶ θέσφατον τόδε,
> καὶ τοὐπ' ἐμ' εὐτύχοιτε, καὶ νικηφόρου
> δῶρον τύχοιτε. —

ut participium ad verbum εὐτύχοιτε referatur, hoc ſenſu: *Vos autem, quandoquidem Dii jubent, immolantes me, et felices ſitis quantum ejus in me poſitum eſt, et victis hoſtibus praemium victoriae reportetis.* Pergit Iphigenia:

> πρὸς ταῦτα μὴ ψαύῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ
> ΣΙΓΗι· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

Majore diſtinctione cum *Reiskio* poſt ἐμοῦ poſita, prioris quidem verſus ſenſus in ſalvo eſt, alterum autem non poſſum quin corruptum judicem. Quid?

> ΣΦΑΓΗι παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

Helena v. 141.

> ΣΦΑΓΑΙΣ ἀδελφῆς οὕνεκ' ἐκπνεῦσαι βίον.

Cum toto hoc loco comparanda ſunt, quae Polyxena in Achillis tumulo pronunciat in *Hecuba*: 548.

> ἑκοῦσα θνήσκω, μή τις ἅψηται χροὸς
> τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

unde profecto ſuſpicari poſſis verba — παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως, margini forte Iphigeniae adſcripta, temere in textum invecta, et, ne verſus imperfectus relinqueretur, a

ſciolo

ſciolo quodam voce σιγῇ aucta eſſe. Proximum denique verſum quoque in mendo cubare puto:

τοσαῦτ' ἔλεξεν· πᾶς δ' ἐθάμβησε, ΚΛΥΩΝ
εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου.

languent vv. κλύων εὐψ. τε κ. et πᾶς pro πάντες an graecum ſit dubito. Legam:

— πᾶς δ' ἐθάμβησεν ΛΕΩC
εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου.

Epigr. Incerti Aut. DCCXLVII.

ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης ΠΑC ἐδάκρυσε ΛΕΩC.

cf. Hercul. F. 1389. Ὦ γαῖα κάδμου, πᾶς τε Θηβαῖος λεὼς Κείρασθε. *Ion.* 1205. Θάμβησεν δὲ πᾶς Θοινατόρων ὅμιλος. θαμβεῖν cum quarto caſu legimus ap. *Homer.* Od. XVII. 367. Οἱ δ' ἐλεαίροντες δίδοσαν καὶ ἐθάμβεον αὐτόν. Et paſſim.

Paucis verſibus interjectis haec leguntur:

Κάλχας δ' ὁ μάντις, εἰς κανοῦν χρυσήλατον
Ἔθηκεν, ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας,
κολεῶν ἔξωθεν κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης.

Difficilis locus et variis Criticorum conjecturis tentatus. Primus *Barneſius* latens ulcus detexit, ſed ut medicus erat parum ingenioſus, indicare potuit, ſanare non potuit. *Pierſonis* et *Muſgravii* conjecturis et meam qualemcunque emendationem adjiciam. Totus verſus

κολεῶν ἔξωθεν κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης

obelo transfigendus eſſe videtur. Quo facto reliqua optime procedunt. ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας ut in *Iphigenia* in T. 322.

ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί.

CAPVT

CAPVT XXV.

Ἐν ἄταις βαίνειν Euripidi *in* Iphigenia in Tauris *reſtituitur* Archytas *ap.* Io. Stobenſem *tentatur. Sol conſpectis Atrei epulis retro fugit. Locus corruptiſſimus in Choro duplici conjectura tentatur. ἄλλοτε* pro *ἄλλοις* Euripidi *redditur.*

I*phigenia in Tauris.* v. 134.

> Ὦ δμωαὶ δυσθρηνήτοις
> ὡς θρήνοις ἐγκείμαι.
> ΤΑϹ οὐκ εὐμούσου μολπᾶς ΒΟΑΝ
> Ἀλύροις ἐλέγοις
> ἒ ἒ ἐν κηδείοις οἴκτοισιν
> ἈΙ ΜΟΙ ϹΥΜΒΑΙΝΟΥϹ' ἈΤΑΙ
> σύγγονον ἁμὸν κατα-
> κλαιομένα ζωᾶς.

Iphigeniae verba ſunt, Oreſtem, quem mortuum putat, lugentis. Ab initio ſtatim *Musgravius* non male, ὡς οὔπω legendum eſſe conjicit. In proximo vero verſu corruptela multo eſt manifeſtior. Vnde enim genitivus τᾶς μολπᾶς pendeat, et quo pertineant v. v. αἵ μοι συμβαίνουσ' ἄται, nemo facile dixerit. Prorſus igitur aſſentior *Musgravio*, eleganti conjectura ſcribentis

> στᾶσ' οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοάν.

ad quam ῥῆσιν illuſtrandam nonnulla dedimus Capite XXIII. adde *L. Kuſter* ad *Ariſtoph. Theſmoph.* 7c4. Totum autem locum ſic ſatis bene conſtitui poſſe puto:

> ϹΤᾹϹ' οὐκ εὐμούσου μολπᾶς ΒΟἈΝ
> ἀλύρους ἐλέγους,
> ἒ ἒ κηδείοις οἴκτοισιν
> ΔΑΙΜΟΝΟϹ ΒΑΙΝΟΥϹ ἈΤΑΙϹ
> σύγγονον ἁμὸν κατα-
> κλαίομαι ζωᾶς.

βαίνουσα

βαίνουσα ἐν κηδείοις οἰκτοισιν. *verſans in magno luctu* eleganter pro οὖσα. *Eurip.* in *Antiopa.* ap. *Clement. Alex.* p. 744.

Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι.

in Incert. Tragoed. Fr. LXVIII. ap. *Stobaeum* T. CV.

Οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα
ἕξειν τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν.

Helena. 1539. οὐ γὰρ ἐλπίδων ἔισω βέβηκα. *Sophocl. Electr.* 979. τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν ποτέ. Fortaſſe et *Archytas* ap. *Stobaeum.* Serm. I. p. 16. 40. πάντες γὰρ ἐν εὐτυχίᾳ BAINONTEC (ita enim legendum ſuſpicor pro μένοντες) ὅς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται. — δαίμονος ἄταις. *Infeſti alicujus Dei noxa.* Noſter in *Hyppol.* 241.

Ἐμάνην, ἔπεσον ΔΑΙΜΟΝΟC ΑΤΗι.

v. 186. Οἴμοι τῶν ΑΤΡΕΙΔΑΝ ΟΙΚΩΝ
ἔρρει φέως σκήπτρων
οἴμοι πατρώων οἴκων.

Ne eadem vox invenuſte repetatur, *Musgravius* ἀτρειδᾶν ἐιτων corrigendum eſſe putabat. Iamdiu eſt quod mihi in mentem venit

Οἴμοι τῶν ΑΡΓΕΙ ΚΑΜΑΤΩΝ

cf. v. 156.

φεῦ φεῦ τῶν Ἄργει μόχθων.

v. 191. Iphigenia, mala et infortunia, quibus Pelopeïa domus oppreſſa jacebat, inde a prima eorum origine repetens, epularum quoque, quibus Atreus fratrem exceperat, mentionem facit. Verba quibus hic mythus exponitur corruptiſſima ſunt:

Μόχθος δ' ἐκ μόχθων
αἴσσει δινευούσαις ἵπποισιν

πτάνοις

πτάνοις· 'ΑΛΛΑΞΑC
Δ' 'ΕΞΕΔΡΑC' ἱερὸν ὄμμ' 'ΑΥΓΑC ἅλιος

pro *ἀΐσσειν Musgravius ἑλίσσει* emendat. Equidem in hoc verbo nihil mutandum putem. Iungendum eſt cum ἐκ μόχθων: *aliud ex alio malum emerſit.* Quaecunque enim repente exiſtunt et ſubito enaſcuntur, proſilire, quaſi, ἀΐσσειν, dici poſſunt. Reliqua quomodo corrigenda ſint, confidenter pronunciare non auſim. Plures emendandi vias video, qualem maxime probem non habeo. Iudicent alii. Fortaſſe Tragicus ſcripſit:

— δινευούσαις ἵπποισιν
πτάνοις 'ΗΛΛΑΞ' 'ΑΦ'
'ΟΥ CΕΛΑC ἱερὸν, ὄμμ' 'ΑΜΕΡΑC, ἅλιος

ab eo inde tempore, quo ſol, dici oculus, ſacrum avertit jubar. σέλας ἱερὸν de ſole Euripideum eſt. *Troades.* 860. ὦ καλλεφεγὲς ἡλίου σέλας τόδε. *Electra.* 866. ὦ φέγγος, ὦ τέθριππον ἡλίου σέλας. *Sophocles Electra.* 17. λαμπρὸν ἡλίου σέλας "Ομμα ἡμέρας ſol eodem modo dicitur, quo in *Soph. Antigone.* 104.

ὦ χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον.

adde Noſtrum in *Electra.* 727. ubi eadem fabula tractatur:

τότε δὴ τότε φαεννὰς
ἄστρων μεταβάλλει ὁδοὺς
Ζεὺς καὶ ΦΕΓΓΟC 'ΑΕΛΙΟΥ.

Seneca in *Thyeſte* 790.

Quo terrarum ſuperumque parens
cujus ad ortus noctis opacae
Decus omne fugit, quo vertis iter
medioque *diem perdis* Olympo.

Aliis alia forſitan emendandi probabitur ratio. Fieri enim potuit quoque, ut *Euripides* ſcripſerit:

δινευού-

— διvευούσαις ἵπποισιν
πτάνοις 'ΗΛΛΑΞ' 'ΑΦ'
'ΟΥ Γ' 'ΕΔΡΑC, ἱερὸν ὄμμ' 'ΑΜΕΡΑC, ἀέλιος.

Quae conjectura egregie firmatur ſimili in *Electra* loco, ubi Chorus earundem epularum mentionem facit, v. 737.

λέγεται, τὰν δὲ πίστιν
σμικρὰν παρ' ἐμοί γ' ἔχει,
στρέψαι θερμὰν 'ΑΕΛΙΟΝ
χρυσωπὸν 'ΕΔΡΑΝ ΑΛΛΑΞΑΝ-
ΤΑ δυστυχίᾳ βροτέιῳ.

v. 195. Pergit Iphigenia:

'ΑΛΛΟΙC ἄλλα προςέβα
χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα
φόνος ἐπὶ φόνῳ
ἄχεα ἄχεσιν.

Longum eſſet DD. Virorum de hoc loco ſententias recenſere, quae omnes in eo conveniunt, eum mendoſum eſſe et medicam implorare manum. Equidem, duabus lineolis adpictis, corrigam:

'ΑΛΛΟΤΕ ἄλλα προςέβα
χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνᾳ.

Euripid. in *Hipp.* 1108.
'ΑΛΛΑ ΓΑΡ 'ΑΛΛΟΤ' ἀμείβεται.

Alceſt. 189.
— ἠσπάζετ' 'ΑΛΛΟΤ' 'ΑΛΛΟΝ.

Senſus eſt igitur: *Modo haec modo illa* (calamitas) *invaſit domum, quae omnes e dolore, ſuper aureo agno concepto, profluxerunt.* Pro ὀδύνα, quod vulgo legitur, ὀδύνᾳ, tertio caſu, legendum eſſe, *Musgravius* vidit. Fortaſſe tamen neque hoc neceſſarium eſt. Iungas enim licet: ἄλ-

λα ὀδύνα προσέβα μ χρύσεας ἀρνὸς ἕνεκα. ſcil. ὀδύνα pro ipſa calamitate, conſequens pro antecedente, ut vulgo loquimur.

CAPVT XXVI.

Corrupto Euripidis *loco medela adhibetur.* ἰσχὺν *pro* ἐις γῆν. *Verba* ἐυτρεπῆ *et* ἐυπρεπῆ, *confuſa.* σώζεσθαι ἐις τινα τόπον. Ὠφίλητον *pro* ὦ φίλη *corrigitur.*

v. 241. Ἥκουσιν ἘΙC ΓΗΝ κυανεᾶν συμπληγάδων
πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

Hunc locum mendoſum eſſe primus evicit *Bentlei* in *Epiſt. ad Mill.* p. 41. ejusque veſtigia preſſit *Pierſon.* in *Veriſim.* L. I. p. 14. in cujus conjectura acquieſcendum eſt forſitan. Aliam tamen praeterea viam video, quam inſiſtere licet. Quid enim? *Euripides* fortaſſe ſcripſit;

Ἥκουσιν ἸCΧΥΝ κυανεᾶν συμπληγάδων
πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

ἰσχὺν vitioſa recentioris Graeciae pronuntiatione facile mutari potuit in ἐις γῆν. Hanc vocem autem aeque ac βίην periphraſi inſervirè notum eſt. Noſter in *Troad.* 749.

ὀυδ' ἰσχὺς φρυγῶν

Ion. 159.

ὀρνίθων γαμφηλαῖς
ἰσχὺν νικῶν.

In proximis

ὀυκ ἂν φθάνοις ἂν ἐυπρεπῆ ποιουμένη

ἐυτρεπῆ legitur jam in edit. Hervagiana. 1537. et ſic legendum eſſe vel unus locus evincit in *Hercule* F. 497.

σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποίου γύναι.
v. *T. Hemſterh.* in *Lucian* D. M. X. p. 316. *Abreſch. Dilucid. Auctar.* p. 381.

v. 585. Iphigenia quas literas Pyladi traditura eſt, eas captivum quendam olim ſcripſiſſe ait:

— οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου θ' ὑπὸ
Θνήσκειν γε τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης,
οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγεῖλαι μόλων
εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε. —

Hic locus non uno mendo inquinatus eſt. Senſum tamen fere hunc eruere licet, captivum illum, qui literas Iphigeniae ſcripſerat, ab ea, ſecundum ſancitam in his regionibus legem, immolatum eſſe. v. 586. legendum ſuſpicor

— τοῦ νόμου δ' ὑπὸ
θνήσκων γε, τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης.

Reiskio placebat: θνήσκειν ἅτε τῆς. quae ratio ut per ſe admodum dura ita propter anapaeſtum in ſecunda ſede minime admittenda eſt. Sed haec non curabat vir alioqui ſagaciſſimus. Proxima ſic tentavimus:

Οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἄγγελος μόλων
εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε. —

Iungam αὖτις μόλων pro πάλιν. *Nemo fuit, qui, Argos rediens, literas meas eo perferret.* v. 593. jam diu eſt quod emendaveram

σώθητ' ἐκεῖσε, μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβών.

idem placuiſſe *Musgravio* non ſine voluptate vidi. Id quod facere nobis reliquit, exemplis conjecturam ejus fulciamus. v. 1068.

 σωθεῖσα

σωθεῖσα δ' ὡς ἂν κἀμὲ σὺ κοινωνῆς τύχης
σώσω σ' ἐς Ἕλλαδ'. —

Sophocl. in *Phil.* v. 310. ἐκεῖνο δ' οὐδεὶς ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει
σῶσαί μ' ἐς οἴκους.

v. 983. Cecinerat Oraculum Apollinis, Oreſtem, Dianae ſtatua e Tauris avecta, furore liberatum iri. Quod cum ille ſorori narraſſet ſuae, haec addit:

ἀλλ', ὦ φίλη γ', ὦ κασίγνητον κάρα
σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δέ με.

Sic legitur, magno verſus detrimento. Corrigendum, ni fallor:

ἀλλ' ὠφέλησον, ὦ κασίγνητον κάρα.

CAPUT XXVII.

Levis corruptela Euripidis *loco eximitur.* δάπτειν *de igne dictum. Corruptiſſimo loco medica manus admovetur.* μοι *et* δεῖ *confuſa. Literae* μ *et* β *in Codicibus crebro permutatae.*

v. 1040. Ἔστ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.
Veriſſima mihi videtur *Reiskii* conjectura, in quam et ipſe olim incideram: τόδ' ἐν δόμοισι. — *Quid autem Dianae ſigno fiet, cujus cauſa huc profecti ſumus?* Mox v. 1044.

σοὶ δὴ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;

miror nemini hanc lectionem ſuſpectam fuiſſe, quae mihi ſic corrigenda videtur:

σὺ δ', ἤ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;

Tune an alius quidam ſignum Deae feret? Quibus aptiſſime reſpondet Iphigenia:

ἐγώ

Ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ.

v. 1153. Ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ
Ἑλληνίς; ἢ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο;
ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα ΛΑΜΠΟΝΤΑΙ πυρί;

Haec non intelligo; omnes tamen hunc locum ſicco pede tranſierunt. Scripſeratne forſitan *Euripides*;

ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα ΔΑΠΤΟΝΤΑΙ πυρί;

Ignis enim devorare et comedere dicitur. v. *N. Heinſium* in *Conſolat. ad Liviam.* 134.

Et vorat hos ipſos flamma rogusque ſinus

Virgil. Georg. III. 566. *contactos artus ſacer ignis edebat. Aeſchylus Prometh.* 368. Ποταμοὶ πυρὸς ΔΑΠΤΟΝΤΕΣ ἀγρίοις γνάθοις Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας. *Choëphor.* 322. Φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Πυρὸς ἁ μαλερὰ γνάθος. Haec olim. Nunc tamen, ut ingenue fatear, haec emendatio ſe mihi minus probat. Mendum fortaſſe in σῶμα haeret. Acutiores videant.

v. 1203. Οἶσθα νῦν ἃ ΜΟΙ γενέσθω. Θο. Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.

„parum graece. Lego: γενέσθαι — cum nota abrupti ſermonis. Iphigenia videtur additura fuiſſe δεῖ vel χρὴ niſi interpellaſſet Thoas.“ Verba ſunt *Marklandi*. Sed quid ſcribere vetat?

οἶσθα νῦν ἃ ΔΕΙ γενέσθαι; Θο. Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.

Proximi quoque verſus non uno ulcere laborant. Iphigenia captivos ad maris litus ducendos ibique a piaculo luſtrandos eſſe ſimulans, a Thoante precibus contendit, ut praeconem mittat, qui, ne quis pompae obviam veniat, per totam urbem edicat. Tum Thoas praeconem prope adſtantem, advocans,

στεῖχε, inquit, καὶ σήμαινε σὺ
μηδὲν εἰς ὄψιν πελάζειν. Ιφ. Εὖγε κηδεύεις πόλιν.

καὶ φίλων Δ'ΟΥΔΕΙϹ μάλιστα. Θο. ΤΟΥΤ'
"ΕΛΕΞΑϹ 'ΕΙϹ 'ΕΜΕ.

Ιφ. ὡς εἰκότως σὲ πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Salebroſus ſane locus unde haud facile eſt pedem inoffenſum referre. Corruptela tamen ſatis manifeſta eſt. Videſis an probabiliter conjecerimus ſcribendum eſſe:

Ιφ. εὖγε κηδεύεις πόλιν.
καὶ φιλεῖν ΔΟΚΕΙϹ μάλιστα. Θο. Τ'ΑΠ' 'ΕΜ'
"ΕΞΕΙϹ 'ΕΥϹΕΒΗ

Ιφ. ὡς γὰρ εἰκότως σε ταῦτα πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Iphig. *Nemo profecto te majorem urbis curam habere poſſit, illainque maxime amare videris.* Thoas. *Quod ad me attinet, nihil certe eorum, quae ad pietatem ſpectant, non promtum aut paratum habebis?* Iphig. *Merito te igitur tuo tota haec civitas veneratur et ſuſpicit.* Primum quod repoſui, φιλεῖν δοκεῖς *Musgravii* ſagacitas mihi praeripuit. In ſequentibus paulo audacior conjectura videri poteſt, primo certe adſpectu; propius vero examinata habet quo ſe defendat. Pro τ'απ' ἐμ' ἕξεις εὐσεβῆ ſcribas quoque licet: πάντ' ἐμ' ἕξεις εὐσεβῆ. In ejusmodi enim locis multa tentari poſſunt, pauca expediri. In εὐσεβῆ pro εἰς ἐμὲ animadverte permutationem literarum μ et β quae frequentiſſima eſt in Codicibus; cujusque plura exempla paſſim in hoc libello damus. Sequentem verſum librariorum oſcitantia et levitas jambicum pro trochaico reddidit; cujus lectionem cum defenderet *Barneſius*, ſe, quem ſcriptorem tractaret, ignorare faſſus eſt. Quae nos, ut verſus numeris ſuis iterum adſtringeretur, repoſuimus, non tam arrogantes aut pertinaces ſumus, ut pro vera *Euripidis* manu haberi velimus. ταῦτα eſt pro διὰ ταῦτα. v. *Gisb. Koen ad Gregor.* p. 11.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

Chorus ex Iphigenia in Tauris plurimis in locis corrigitur et illuſtratur

Εὔπαις, ὁ λατοῦς γόνος, ὅν ποτε
Δηλίας ἐν καρποφόροις
γυάλοις χρυσοκόμαν
Φοῖβον, ἐν κιθάρᾳ σοφὸν,
Ἅτ᾽ ἐπὶ τόξων
εὐστοχίᾳ γάννυται.
Φέρει νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας,

1234. *εὔπαις ὁ λατοῦς γόνος.* Totum hoc Carmen, quo Apollinis laudes magnifice celebrantur, nihil ad Dramatis actionem facere *Marklandus* monuit. Neque hoc unicum exemplum eſt migratae legis quam *Horatius* tragicis poetis ſcripſit in *Arte P.* 194. *chorus-neu quid medios intercinat actus, Quod non propoſito conducat et haereat apte.* Attamen *Musgravius*, levi mutatione ab initio facta, *Euripidem* a tam gravi accuſatione liberari poſſe judicat. Legit enim: Ῥῦσαί σφ᾽ ὁ λ. ut Chorus Apollinem pro incolumitate Iphigeniae invocet. Non uno tamen modo haec emendari poſſunt. Mutilum fortaſſe initium et legendum:

ἔλθοις εὐαὴς, ὁ λάτους γόνος

ut *Sophocl. in Philoct.* 827. ὕπν᾽ ὀδύνας ἀδαὴς, ὕπνε δ᾽ ἀλγέων Εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις. ſive:

ἐπινεῦσον εὐχαῖς, ὁ λ.

annue precibus, quas Iphigenia abiens fecerat v. 1230. ſqq. Ὦ Διὸς λητοῦς τ᾽, ἄνασσα παρθέν᾽ κ. τ. λ. ſive denique:

Οἴκτισον, λατοῦς γ.

Sophocl. Oedip. T. 1508. ἀλλ᾽ οἴκτισον σφᾶς. v. *Brunk.* V. III. ad *Oedip.* C. 242. — Deinde *Barneſius* vertit: *quem olim Deliacae terrae in fertilibus vallibus peperit.* ultimam vocem de ſuo adjiciens. Verbum deſiderari, a quo ὃν pendeat, nemo non videt. Scripſit *Euripides* ni fallor

— ὃν τέκε

Latona pura, qui nominativus latet in v. v. ὁ λατοῦς γόνος; quae ipſa vim vocativi habent. v. *Musgr. Iphig. in A.* 1607. *Dorville Vann. Crit.* p. 141. — Epitheton καρποφόροις γυάλοις quamvis naturae inſulae Deli parum conveniat, vix tamen corruptum judicem. Facile κυματοφόροις ſive ἁλιδρόμοις conjicere poſſis. cf. *Callim.* H. in Del. 36. *Sophocl.* in *Aj.* 596. ſive tandem κουροτρόφοις. *Callim.* l. c. v. 2. Δῆλον Ἀπόλλωνος κουροτρόφον. — Verba ἅτ᾽ ἐπὶ τόξων γ. etiam pro vocativo accipienda ſunt, ut Chorus nimirum praeter Apollinem Dianam quoque invocet. Plerumque enim ſimul vocantur. *Sophocl. Oedip.* C. 1091. *Trachin.* 209.

1240. Φέρει νιν. reſtituto verbo τέκε, quod excidit v. 1234. non

λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ᾽, ἀ-
στάκτων μάτηρ ὑδάτων,
τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφὰν,
Ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δρά-
κων σκιερᾷ κατάχαλκος
εὐφύλλῳ δάφνᾳ, γᾶς
πελώριον τέρας, ἀμ-
φέπει μαντεῖον χθόνιον.

non opus eſt ut νιν inducas, quod voluere quidam. lege modo: φέρε δέ νιν. *Tulit illum*, Apollinem puta. In ſequentibus una litera corrupta tenebras toti loco offudit Omnes fere Interpp. μάτηρ de Latona accipiunt, quae φέρει; quo efficitur, ut genitivi ἀστάκτων ὑδάτων nulla fulrura ſubſtructa pendeant. Qui id egregie vidit *Marklandus* ſedem tamen vitii indagare non potuit. Tu ratione et ſenſu ſuadente emenda:

φέρε δέ νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας
λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ᾽, ἀ-
στάκτων ματέρ᾽ ὑδάτων
τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
παρνάσιον κορυφάν.

Latona, Deli relinquens ſaxa, filium tulit in Parnaſſi rupem, fontium perenni aqua fluentium matrem. v. v. ματέρα α. ὑδάτων pendent a κορυφάν. Sic Ἀπιδανὸς vocatur καλλίστων ὑδάτων πάτηρ in *Hecuba* 451. Ἴτωνα μητέρα μήλων legimus ap. *Homer.* Ιλ. Β. 696. et Ἴδην μητέρα θηρῶν paſſim. v. ἄστακτον ex eorum verborum numero eſt, in quibus α auget. *Oedip. C.* 1646. v. *Schol. Suidam.* V. cf. *Valkenaer.* ad *Adon.* p. 228. B. C. — Parnaſſum, Baccho ſacrum, celebravit *Euripides* in *Phoen.* 234. ſq. qui locus dignus eſt, qui cum noſtro conferatur. *Catull. Carm.* LXIV, 391.

Saepe vagus Liber Parnaſſi
vertice ſummo
Thyadas effuſis vagantes crini-
bus egit.

Sophocl. Antig. 1226. ſqq. *Bacchae.* 302. — κορυφὰν βακχεύουσαν laudare potuiſſet *Longinus* Π. Υ. S. XIV. ubi hunc ex *bacchis* locum laudat: πᾶν δὲ συνεβάκχευσ᾽ ὄρος. quem ex *Aeſchylo* expreſſum judicat. Dixerat ille: ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.

1245. ποικιλόνωτος δράκων κατάχαλκος. de duobus his Draconis epithetis alterum poëtarum uſu confirmatur, v. *Homer.* Ιλ. Β. 308. *Pindar. Pyth.* IV. 444. κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις Ποικιλόνωτον ὄφιν. alterum vero hoc quidem loco longe ineptiſſimum eſt. Paucis tamen ſe probabit *Muſgravii* conjectura κατάμαλλος. *lauri foliis tanquam vellere obtectus.* Multo probabilius eſt, quod *Marklando* in mentem venit: κατακαλυφθείς. literarum tamen ductus magis abhorrent, quam ut libra-

Ἔτι μιν ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρας ἀγκάλαισι θρώσκων
ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαντείων δ' ἐπέ-
βας ζαθέων, τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
μαντείας βρότοις ἀναφαίνων.
θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων
ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων,
γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.
Θέμιν δ' ἐπεὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσσατ',
ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων, νύχια
χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα

F 5 οἱ

librarium tam graviter aberaſſe credibile ſit. Quid? — σκιερᾷ ὑπαὶ ἄμαχος? *Ingens Draco ſub lauri foliis latens.* v. doctam *Suidae* notam V. ἄμαχος. ſive: Δράκων καρχαρόδους σκιερᾷ εὐφύλλῳ δ. *Suidas* καρχορόδοντα. ὅσα στρογγύλους καὶ ἐναλλασσόντας τοὺς ὀδόντας ἔχουσι. λέων. πάρδαλις. αἰτίδες (L. ἀσπίδες) καὶ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί. et paulo poſt: καρχαρόδους. τραχέας ὀδόντας ἔχων. *Ovid. Metam.* VII. 150. *Draco*

Qui criſta linguisque tribus praeſignis et uncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arietis aurei.

1256. θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων. Feliciſſima mihi quidem videtur *Musgravii* emendatio:

θέσφατα νεμῶν ἀδύτων
ὑπὲρ —

ſuper hiatum terrae Oracula edens, diſtribuens. Oreſt. 592. βρότοισι στόμα σαφέστατον νέμει. *Pindar. Pyth.* V. 85. ὁ καὶ βαρειᾶν νόσων Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ νέμει. — In reliquis nihil novandum puto. γείτων Κασταλίας ῥεέθρων eſt Apollo, qui prope hunc fontem ſedem habet. Si γεῖτον lege vereor ne epithetorum confuſio exiſtat, *Euripide* parum digna. Mox vero, *Musgravio* facem praeferente corrigo:

Θέμιν δὲ γᾶς παῖδ' ἐπιὼν ἀπενάσσατ'

ſive leniori modo:

Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσσατ'

ἐπὶ pro ἐπεὶ veteres edd. legunt.

1261. φάσματ' ὀνείρων *Musgravius* e Cod d. reſtituit; cf. *Sophocl. Electra.* 500. ſqq. Nullo modo enim ferenda eſt vulgata lectio, φάσματα, οἱ, quicquid dicat *Barneſius.* Reliqua vero peſſime corrupta ſunt. Neque enim quae ſint illae εὐναὶ γᾶς intelligitur, neque unde pendeat geniti-

νυς

οἱ πολεσιν μερόπων
τά τε πρῶτα τά τ' ἐπειθ'
ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν
ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς
εὐνὰς ἔφραζον. Γαῖα δὲ
μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοῖβον, φθόνῳ θυγατρός· ταχυποὺς δ'
ἐς ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ
χέρα ψεδνὸν ἕλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,
Πυθίων δόμων

χθονίαν

vus ὕπνου facile dictu eſt. Omiſſis Virorum DD. conjecturis et explicationibus, quae mihi de hoc loco in mentem venerint, ſtatim proponam. Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα ὀνείρων, quae ſomnia Mortalibus res futuras

ὕπνῳ, κατὰ δνοφερᾶς γᾶς
ἐνοπὰς, ἔφραζον.

terra ſubminiſtrante, κατ' ἐνοπὰς γᾶς. Ipſam enim Terram vaticinandi facultate praeditam fuiſſe, proxima docent: γαῖα δὲ μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν Φοιβόν. ubi quid τιμὴ ſit docuit *Valken.* ad *Hipp.* p. 178. ἐνοπὴ pro reſponſo Deorum notum et firmatur v. 1273. νυχίους τ' ἐνοπάς. — ὕπνῳ *per ſomnum* jam *Marklando* placuit. Ad verba τά τε πρῶτα et ſq. confer. *Sophocl. Antig.* 611. τὸ τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει Νόμος ὅδε.

v. 1271. χέρα ψεδνὸν ἕλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων. E variis, quibus hic locus tentatus eſt, conjecturis, pro meo quidem judicio nulla ſatis probabilis eſt. *Scaligeri* ἕλιξ' ἐκ Διὸς θρ. quomodo ſignificare poſſit: *extendit manus ad Iovis Thronum*, non video. Neque magis probanda eſt conjectura Viri Docti ap. *Heathium*: ἔπλεξ' ἐκ. nunquam certe legerat χεῖρας πλέκειν pro: *manus jungere* ut ſupplices ſolent. *Musgravius* tandem legit:

χέρα παιδνὸν αἴξ'
ες Διὸς θρόν', ὡς —

Quod primum ad ψεδνὸν attinet, haud ſane video cur haec lectio, quae optimum ſenſum facit, mutanda ſit. Il. Β. 219. *Schol.* ψεδνή. ἀραιά. μανδαρά *Euſtath.* in Il. p. 157. 5. ἐστὶ δὲ ψεδνὴ μὲν ἡ λεπτὴ ἀπὸ τοῦ ψῶ τὸ λεπτύνω. Facere eadem *Heſychius* tradit. Quod vero nonnulli Codd. ψαιδνὸν legunt, id unice pravae pronuntiationi tribuendum eſt. Ad lectionem χέρα αἶξε Vir doctiſſimus *Sophoclem* laudat in *Ajace* 40.

καὶ πρός τι δυσλόγιστον ὧδ'
ᾖξεν χέρα.

quorum

χθονίαν ἀφελεῖν
Θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
γέλασε δ' ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα
Πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν
ἐπεὶ δ' ἔσεισε κόμαν
παῦσε νυχίους ὀνείρους
ἀπὸ δὲ λαθοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν,
καὶ τιμὰς πάλιν θῆκε λοξίᾳ,

πολύα-

quorum verborum tamen alia ratio eſt. Agitur enim de *impetu* quem Ajax in gregem fecerat. Manum igitur quaſi incitaviſſe et excitaſſe dicitur, ἦξεν χέρα, cum ipſe animi furore ageretur. Idem de Apolline pueriles manus ad Iovem tendente vix apte dicatur. Multo magis diſciplet θρόνα pro θρόνους quod exemplo caret; paucorum enim verborum analogia (λυχνά, μυχά, πυρσά. laudat *Musgravius*) hic nihil efficitur. θρόνα, *Medicamina* non *ſolium* audit. *Theocrit.* II. 59. — *Euripides* ſcripſerat forſitan:

> ταχυποὺς δ'
> ἐς ολυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ
> χέρα ψεδνὸν ΌΡΕΞ' ΈC ΔΙ-
> OC ΘΡΟΝΟΝ.

Sic *Homerus* ſaepiſſime. Il. XIII. 371. εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα. *Medea* 901. ἆρ' ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον φίλην ὀρέξατ' ὠλένην. *Heraclid.* 844. ὀρέξας ἱκέτευσε δεξίαν. *Ennius* ap. *Ciceron. de Divinat.* L. I. 20.

> *Quanquam multa manus ad coeli caerula templa*
> *tendebam lacrymans et blanda voce vocabam.*

1276. ἐπεὶ δ' ἔσεισε κόμαν. Se Apollinis precibus favere Iupiter nutu et comae concuſſione indicat. Leve autem mendum, quod olim in his verbis haeſit, *Musgravius* exemit, ἐπὶ ſcribendo pro ἐπεὶ. Apud *Callimachum* Iupiter Dianae precibus annuens: μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι. *Hymn. in Dian.* 41. et Pallas apud eundem: ὡς φαμένα κατένευσεν· τὸδ' ἐντελὲς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ Παλλάς et mox κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει ψεύδεα. *Lavacr. Pall.* v. 130. *Ovid. Faſt.* II. 489.

> *Iupiter annuerat: nutu tremefactus uterque eſt*
> *Polus.*

1278. ἀπὸ δὲ λαθοσύναν. Prometheus quidem apud *Aeſchylum*. v. 461. ſe memoriae artem mortales docuiſſe et oblivionem adeo animis eorum exemiſſe, gloriatur. Hoc autem loco nullum ſenſum habent verba

λαθο-

πολύανορι ἐν ξενό-
εντι θρόνῳ θάρση βροτοῖς
θεσφάτων ἀοιδαῖς.

λαθοσύναν νυκτωπὸν ἐξᾶλε βρο-
τῶν

Leviſſima mutatione legendum eſt:

μαντοσύναν νυκτωπὸν

quam conjecturam Docto Viro ap. *Heathium* quoque in mentem veniſſe video; eandem *Musgravii* Codd. confirmant. De hac ſomniorum interpretandorum arte *Prometheus* ille *Aeſchyleus* ait:

κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὕπαρ γένεσθαι.

CAPVT. XXIX.

Verbum ἔξεμβαν Euripidi *in* Troadibus *redditur.* ἐλέγους ἐγείρειν. *Locus ſuſpectus tentatur. Mendoſus emendatur.*

Troades v. 82. Troja capta Ajax, inſanae libidinis ſtimulis agitatus, cum Caſſandram e Minervae templo eripere et ab ipſa ara detrahere auſus eſſet, Deam tam gravi ira exacerbaverat, ut hujus facinoris cauſa totam Graecorum claſſem fluctibus ſubmergere ſtatueret. Cujus rei conficiendae cauſa Neptunum convenit, eumque in hujus Tragoediae prologo precatur, ut, dum ipſa fulmina jaculetur, maris undas tempeſtatibus concitet:

Σὺ δ᾽ ἂυ τὸ σὸν παράσχες, Ἀιγαῖον πόρον
τρικυμίαις ΒΡΕΜΟΝΤΑ καὶ δίναις ἁλός.

Verba Ἀιγαῖον πόρον et ſeqq. vulgo ſic explicari video, ut ſint appoſitio τοῦ τὸ σὸν, hoc ſenſu: *Tu autem, quaeſo, quod potes adhibeas, fretum Aegeum ſcilicet, undecumanis fluctibus vorticibusque fremens.* Et ſic jungas verba neceſſe eſt, ſi vulgatam lectionem ſanam eſſe judicas. Quod mihi

mihi tamen ſecus videtur. *Euripides* enim ſcripſerat, ni me omnia fallunt:

> Σὺ δ' αὖ τὸ σὸν παρασχὲς, Ἀιγαῖον πόρον
> τρικυμίαις ΡΕΜΒΩΝ ΤΕ καὶ δίναις ἁλός.

quam lectionem ejusmodi eſſe vides, ut a librariis temere mutari potuerit; quibus ſolemne eſt raras locutiones in tritas et familiares mutare. ῥέμβειν eſt *vortices excitare aquam circumagendo.* Deinde ſimpliciter *circumagere, turbare. Antiphilus Byzantinus Epigr.* I. *Anal. V. P.* II. p. 169.

> Κεῖθεν καὶ συνέπηξεν ἐμὴν τρόπιν, ὄφρα με λεύσσῃ
> Κύπρις, τὴν ἀπὸ γῆς εἰν ἁλὶ ῥεμβομένην.

Pallas Alexandrinus Epigr. CXX.

> Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς, ἀλήτης
> πλούτου καὶ πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.

unde ῥύμβος *circumactus*, *rotatio.* Ῥύμβος αἰθέριος, ὅ ἐστι στροφὴ καὶ τροχοειδὴς κίνησις ut ait *Euſtathius* in *Dionyſ. Perieg.* 1134. laudans Fragm. *Euripidis* ex *Pirithoo.* II. ap. *Muſgr.* vid. *Valken. in Diatr.* p. 39. C. p. 41. A. *Rhunken. ad Timae.* p. 164. Verbis

> Ἀιγαῖον πόρον ῥέμβων

reſpondet v. 88. ubi Neptunus, ἔσται τάδ', ait,

> ταράξω πέλαγος ἀιγαίας ἁλός.

v. 116. — Ὥς μοι πόθος εἱλίξαι
> καὶ διδοῦναι νῶτον, ἄκανθαν
> τ' εἰς ἀμφοτέρους τοίχους μελέων
> ἘΠΙ ΤΟΥΣ ἈΙΕΙ δακρύων ἘΛΕΓΧΟΥΣ.

In his Hecubae verbis nemo fuit, qui non corruptelam animadverteret. Pro ἐλέγχους Mſc. recte ἐλέγους exhibet; unde conjectura mihi enata eſt, quam ſe et aliis probaturam eſſe ſpero:

> ἘΓΕΙΡΟΥΣ' ἈΙΕΙ δακρύων ἘΛΕΓΟΥΣ.

nunquam

nunquam non triſtes elegos excitans. Non ita magna eſt a recepta lectione mutatio ut incredibile ſit librarios hoc in ſe facinus admiſiſſe. Iam exemplis adſtruamus locutionem ἐγείρειν ἐλέγους. *Electra.* v. 125.

"Ιθι τὸν αὐτὸν 'ΕΓΕΙΡΕ ΓΟΟΝ.

Oreſtes. 1353.

κτύπον 'ΕΓΕΙΡΕΤΕ κτύπον καὶ ΒΟΑΝ.

Rheſus. 690.

— ἢ ΒΟΗΝ 'ΕΓΕΡΤΕΟΝ.

v. 275. 'Εγὼ δέ τῳ πρόςπολος, ἁ ποιτοβάμονος
χερὶ δευομένα βάκτρου
γεραιῷ κάρᾳ.

Pro ἁ ποιτοβάμονος quod in antiquis edd. obtinet, *Muſgravius* optime correxit ἁ πιστοβάμονος. Sequentia defendi poſſe probe ſciens, tamen vel ſic legi malim:

ἐγὼ δέ τῳ πρόσπολος —
χερὶ δευομένα βάκτρου
γεραιᾷ, κύρω.

Cui me tandem ſervam contigiſſe dicam? Hac ratione ſimul verba ἐγὼ δέ τῳ πρόςπολος verbo κύρω, tanquam fultura quadam, ſubſtruuntur, et v. χερὶ epitheto ornatur aptiſſimo. κρούετε χέρας γεραιὰς in *Suppl.* 276. et ſimiliter γεραιὸς ποῦς in *Phoeniſſ.* 1533. *Aeſchylus de Laſthene*, viridi ſene, γέροντα τὸν νοῦν φέρει — χεῖρα δ'οὐ βραδύνεται. in VII. c. *Thebas.* v. 624.

v. 380. Caſſandra matrem conſolatura, Trojanorum fortunam, quamvis eorum patria everſa et diruta ſit, multum tamen Graecorum fortunae praeſtare, contendit, quandoquidem iſti, plurimis graviſſimisque laboribus exhauſtis, quae hominibus cariſſima eſſe ſolerent, perdidiſſent, et plurimam partem in peregrina terra neque ſuorum lacri-
mis

mis neque exequiarum honore ornati, occubuiſſent; Trojani autem in patria terra, in ſuorum amplexu animam reddidiſſent.

— οἱδ' ἄπαιδες ἐν δόμοις
ἄλλως τέκν' ἐκθρέψαντες· οὐδὲ πρὸς τάφοις
ἔσθ' ὅστις αὐτῶν αἷμα γῇ δωρήσεται.
῏Η ΤΟΥ͂ Δ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.

ultimum verſum mendoſum eſſe acute vidit *Musgravius*. Parum tamen, pro meo quidem ſenſu, Euripideum, quod reſtitui voluit: ἦ τοῦ τ' ἐπαίνου τα στράτευμ' ε. h. ἐπαίνου τινος Quid? ſi legamus

῏ΕΙΤ' ΟΥ͂Ν ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.

Quae cum ita ſe habeant, hanc Graecorum expeditionem laude et invidia dignam eſſe putemus? Vim, quae h. l. particulae ἆιτα tribuenda eſt, optime explicuit *Hogeveen de Part. Gr.* C. XVII. Sect. II. p. 275. ſeqq.

Caput XXX.

Ἀνύεσθαι lucrari. obtinere. *αἰνεῖν tolerandi ſignificatione* Euripidi *reſtituitur. ἀμαθές τι ἐρεῖν.* inepta loqui. *Vlcus in Troadibus ſanatur.* Lucianus *corrigitur.*

v. 578. Ἀνδρ. Ἀχαιοὶ δεσπόται μ' ἄγουσιν. Ἑκ. Ἰώ μοι, μοι.
Ἀν. Τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις; Ἑκ. αἶ. αἶ. αἶ. αἶ.
Ἀν. τῶνδ' ἀλγέων. Ἑκ. Ἰώ Ζεῦ,
Ἀν. καὶ συμφορᾶς.

Non

Non video unde genitivi τῶνδ᾽ ἀλγέων et συμφορᾶς pendeant. Omnes tamen interpretes hunc locum ſicco pede tranſierunt. Interrupta ſunt Andromachae verba ejulationibus Hecubae et ſic ni fallor continuanda,

τί παιᾶν᾽ ἐμῶν στενάζεις
τόνδ᾽ ἀλγέων
κᾳὶ συμφορᾶς.

In eadem cantilena v. 594. legitur:

Ἀιματόεντα θεᾷ παρὰ Παλλάδι σώματα νεκρῶν
γυψὶ φέρειν τέταται· ζυγὰ δ᾽ ἩΝΥCE δούλια
Τροία.
Ἐκ. ὦ πατρὶς, ὦ μελέα, ΚΑΤΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑΝ
σε δακρύω
χο. νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς· Ἐκ. Κ᾽ΑΓΩ δόμον
ἔνθ᾽ ἐλοχεύθην.

Plura me in hoc loco offendunt. Primum dubito an ſatis graece dicatur: ἀνύειν ζυγὰ δούλια pro *ſervitutis jugum ſubire*. Non enim v. ἀνύειν ſed ἀνύεσθαι *obtinendi, accipiendi* vel *lucrandi* ſignificationem habet. *Theocrit. Eid.* V. 144. v. *Caſaubonus Lectt. Theocr.* C. VII. *Brunk* ad *Eurip. Bacch.* 131. Quare ſcribendum eſſe ſuſpicor:

ζυγὰ δ᾽ ἩΝΕCE δούλια Τροία.

ἀινεῖν *ferre, tolerare* nonnunquam audit. *Eurip. Hipp.* 37.
ἐνιαυσίαν ἔκδημον ἀινέσας φύγην.
ἐυαρεστήσας *Schol. Electra.* 1247. ἀινεῖν ἀνάγκη ταῦτα.
Abreſch. in *Aeſch.* L. III. 82. Sequenti verſu, quamvis vulgata lectio ferri poſſit, ſcribi tamen malim:

ὦ πατρὶς, ὦ μελέα, ΚΑΤΕΡΕΙΠΟΜΕΝΑΝ σε
δακρύω.

Hecuba. 476.

ὦ μοι πατέρων, χθονός
θ᾽ ἃ κάπνῳ κατερείπεται
τυφομένα.

Herodian.

Herodian. VIII. 2. πιστευσάντων τῷ προβεβλημένῳ τείχει, ὃ παλαιότατον, ἐκ τοῦ πλείστου μέρους πρότερον μὲν κατερήρειπτο. Tragicus ap. *Ciceronem de Orat.* III. 58.

O pater ,o patria , o Priami domus.
Haec omnia vidi inſlammari.

In ultimo tandem verſu *Muſgravius* δόμου legendum ſuſpicatur, hoc ſenſu: *Et ipſe finem video domus.* Non poſſum tamen, quin ſupervacaneam et ineptam judicem voculam κἀγὼ hoc in loco, ubi ὁρᾷς praeceſſit. Nondum me poenitet conjeciſſe

Χο. Νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς· Ἑκ. ΚΑΠΝΟΝ δόμου ἔνθ' ἐλοχεύθην.

Chor. Iam miſerabilem vides finem. Hec. Recte ais. Video fumum ſurgentem e domo, in qua olim felix fui puerpera. Hecuba. 814.

καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.

In captarum urbium deſcriptione fumi plerumque mentio fieri ſolet. *Simonides Epigr.* II.

τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐκ ἵκετο καπνὸς
αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέης.

Pindar. Pyth. v. 110.

σὸν Ἑλένᾳ γὰρ μόλον καπνωθεῖσαν
Πάτραν ἐπεὶ ἴδον.

v. 720. Talthybius, praeco, Andromachae crudelem Graecorum de Aſtyanacte ſententiam nuncians, Vlyſſem in concione plus quam collegas valuiſſe ait; Νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων —

Λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.
Ἀνδ. Τοιαῦτα νικήσειε τῶν αὐτοῦ πέρι.
Τα. Ρίψαι δὲ πύργων ΔΕΙ σφε τρωϊκῶν ἄπο.

In ultimo verſu, ni fallor, levi mutatione legendum:

ῥῖψαι δὲ πύργων ΔΕΙΝ σφε τρωϊκῶν ἄπο.

ut infinitivus δεῖν a λέξας pendeat, neque Talthybius ſua ſed Vlyſſis verba referre videatur. Vulgata lectio pio praeconis animo mitique ejus naturae parum convenit. v. 724. pro

σκοπεῖν δὲ χρή.

malim ſane:

στέργειν δὲ χρή.

ferendum eſt quod mutari nequit. Sophocles Oedip. C. 7. στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με διδάσκει. *Suppl.* 257. στέργειν ἀνάγκη τοῖσι σοῖς. *Phoeniſſae.* 1679.

μέν' εὐτυχοῦσα· τἀμ' ἐγὼ στέρξω κακά.

In proximis iterum mendum latet:

πόλις τ' ὄλωλε καὶ πόσις· κρατῇ δὲ σύ.
ἡμεῖς δὲ πρὸς γυναῖκα μάρνασθαι μίαν
εἰοί τε· τούτων οὕνεκ' οὐ ΜΑΧΑΣ ἐρᾶν
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

ἐρᾶν accuſativo non facile jungitur; praeterea verba, quae ſequuntur, non habent, quo referantur. Prope a vero abeſt *Reiskii* conjectura οὔτ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, οὔτ' — ejusmodi enim quid ſenſus flagitat. Sed ſic relinquitur μάχας ἐρᾶν. Videſis an mecum corrigendum ſit:

τούτων οὕνεκ' οὐ 'ΜΑΘΕΣ Γ' ἐρεῖν
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

ἀμαθές τι ἐρεῖν bene, meo quidem ſenſu, jungitur τῷ αἰσχρόν τι λέγειν. *inconſiderata loqui*, ut *Oreſt.* 694. ἀμαθὲς καὶ τὸ βούλεσθαι τάδε. ἀνόητον *Schol. Iphigenia in Aul.* 659. ἀσύνετά γ' ἐροῦμεν.

v. 1049. Cum Menelaus miniſtros juſſiſſet Helenam ad naves abducere, Hecuba illum ab hoc conſilio deflectere ſtudens

Μή

Μή νυν, inquit, νεὼς σοὶ ταυτὸν εἰσβήτω
σκάφος.

Με. Τίδ' ἐστι; μεῖζον βρῖθος ἢ ΠΑΡΟC Γ' ΈΧΕΙ.

pro ἢ πάρος Mſc. Flor. ἢ παροιθ' exhibet. Mihi neutrum placet. Frigida enim ſententia, cui haud paulo majorem virtutem adjicias legendo:

Τίδ' ἐστι; μεῖζον βρῖθος ἢ CΚΑΦΟC ΦΕΡΕΙΝ.

Num majori forte pondere eſt quam ut eadem mecum nave feratur? Diogenes ap. *Archiam* Epigr. XXXIV. a Charonte precatur ut eum in cymbam recipiat: εἰ καὶ βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων ὁλκάς. Manes onera, quae ſecum portant, deponere jubet Charon ap. *Lucian.* M. D. X. ne cymba deprimatur ſcilicet. μικρὸν μὲν ὑμῖν τὸ σκαφίδιον καὶ ἦν ΡΕΠΗι ἐπὶ θάτερα, οἰχήσεται περιτραπέν. Sic legendum eſſe hunc locum alibi docuimus.

CAPUT XXXI.

'Οιγῶν pro ἔχων Euripidi reſtituitur. Corinthus Peloponneſi janua. Corruptus Pindari *locus tentatur. Iſthmus ponti comparatur apud* Euripidem *et* Pindarum. *ἀκτάια πλάγια in* Euripide *conjicitur. Idem bis corrigitur.*

v. 1096. Ἣ Σαλαμῖν' ἱερὰν
ἢ δίπορον κορυφὰν
ἴσθμιον, ἔνθα πύλαις
Πέλοπος ΈΧΟΥCΙΝ ἕδραι.

Ita hic locus vulgo legitur corrupte, ne grammaticae regulis quidem ſalvis. Πύλαις enim cum ἔχουσιν nulla ratione conjungi poteſt. Syntaxin tamen ſalvam prae-

ſtat lectio Codicis Harl. πύλας; ſed quam languidum hoc: ἔνθα πέλοπος ἕδραι πύλας ἔχουσιν! praeſertim in lyrico carmine. Senſit hoc *Musgravius*, qui pro ἔχουσιν reponendum putat: ἐσχάλασεν. Leviori mutatione, eodem ſenſu, corrigam:

— ἔνθα πύλας
Πέλοπος ΟΙΓΟΥΣΙΝ ἕδραι.

Vbi Pelopis reſerat terra portas, h. e. Corinthum, quam urbem Peloponneſi januam appellare ſolebant. Notum apophthegma *Thercyonis* ap. *Plutarchum*. Apoph. Lacon. T. II. p. 221. E. Κακοὺς, ἔφη, πυλωροὺς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ Πελοπόννησος ἔχει. Obiter corruptum *Pindari* tentemus locum. *Pyth*. CT. v. 49. legitur:

— Τὶν δ' Ἐλέλιχθον,
ΕΥΡΕΣ θ' ὃς ἱππίαν ἔσοδον,
μάλα ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται.

v. *Heynium*. V. S. docte de hoc loco diſputantem. Lectionem εὗρες Oxonienſis editor e ſcholiis arripuiſſe videtur, pro eo quod vulgo legebatur: ὀργαῖς πάσαις, quorum verborum alterum inducendum, ex altero vera lectio eruenda eſſe videtur. Quid?

Τὶν δ' Ἐλέλιχθον
ΩΙΞΑΣ θ' ὃς ἱππίαν ἔσοδον.

Tibi qui ſtadium primus aperuiſti. Οἴγειν ἔσοδον non abhorrere a *Pindari* conſuetudine apparet ex hoc ejusdem poetae loco *Pyth*. E. 117.

ναῦσι θοαῖς
ἁλὸς βαθεῖαν ΚΕΛΕΥΘΟΝ ἈΝΟΙΓΩΝ.

Ceterum in *Euripidis* loco unde progreſſi ſumus, praeterea emendandum videtur:

ἢ δίπορον ΓΕΦΥΡΑΝ
Ἴσθμιον —

confer *Pindar*. *Iſthm*. Δ. 32.

— Ὁ κινητὴρ
δὲ γᾶς, Ὀγχηστὸν οἰκέων.
καὶ ΓΕΦΤΡΑΝ ποντιάδα
πρὸ Κορίνθου τειχέων.

quem locum Scholiaſtes ita interpretatur: γεφυρὰν δὲ ποντιάδα τὸν ΙΣΘΜΟΝ ἔφη, διὰ τὸ ἑκατέρωθεν θάλασσαν εἶναι καὶ τὴν διατείνουσαν ζώνην ΓΕΦΤΡΑΝ ἐοικέναι. — Sed plura in hoc carmine emaculanda reſtant. v. 1100.

Εἴθ' ἀκάτου μελέας
μέσον πέλαγος ἰούσας
δίπαλτον ἱερὸν
ἀνὰ μέσαν πλάταν πέσοι
ΑΙΓΑΙΟΥ κεραυνοφαὲς πῦρ.

vocem Αἰγαίου ſomniculoſo debemus librario. *Musgravius* Ἰδαίου legendum cenſet. *Iovis Idaei fulmine.* Fortaſſe nos melius:

δίπαλτον ἱερὸν
ἀνὰ μέσαν πλάταν πέσοι
ΑΝΤΑΙΟΝ κεραυνοφαὲς πῦρ.

Infeſti flamma fulminis. Eurip. Androm. 844.

ἀπόδος ἵν' ΑΝΤΑΙΑΝ
ἐρείσω πλάγαν.

Sophocl. Antig. 1308. τί μ' οὐκ ἀνταίαν Ἔπαισέ τις. *Electra* 195. ὅτε σοι παγχάλκων ἀνταία Γενύων ὡρμάθη πλαγά.

v. 1240. Οὐκ ἦν ἄρ' ἐν θεοῖσι ΠΛΗΝ ΟΥ' ΜΟΙ πόνοι
Τροία τε πόλεων ἔκκριτον μισουμένη.
μάτην δ' ἐβουθυτοῦμεν, εἰ δὲ μὴ θεὸς
ἔστρεψ' ἄνωθεν περιβαλὼν κάτω χθονός.
Ἀφανεῖς ἂν ὄντες, οὐκ ἂν ὑμνήθημεν ἂν
Μούσαις, ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν.

Varie tentarunt Critici verſum. 1240. quem inepte vertit

Barneſius: Non eſt igitur apud Deos aliud niſi meae miſeriae. Suſpicor *Euripidem* ſcripſiſſe:

'Ουκ ἦν ἆρ ἐν θεοῖσι ΠΛΗΣΜΟΝΗ πόνων.

Non igitur ſatiari poterant Dii, quin alia aliis ſuperadderent mala. Verſus 1243. in antiquis editionibus ſic legitur:

ἔστρεψ' ἄνω περιβαλὼν κάτω χθονός.

unde ſuſpicio mihi orta eſt, legendum eſſe:

ἔστρεψε τἄνω περιβολῶν κάτω χθονός

h. ἔστρεψε τὰ ἄνω τῶν περιβολῶν χθονὸς κάτω. *Funditus muros evertit urbis.* Verborum transpoſitio paulo inuſitatior errorem facile procreare potuit. στρέφειν τὰ ἄνω κάτω dicitur ut *Bacch.* 349. ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας. — περιβολαὶ χθονὸς autem recte emendavimus, ut apparet ex *Phoeniſſ.* 1085.

Τί δ'; ἑπτάπυργοι πῶς ἔχουσι περιβολαί;

ANIMAD-

ANIMADVERSIONVM

IN

EVRIPIDIS TRAGOEDIAS

LIBER SECVNDVS.

ANIMADVERSIONVM

IN

EVRIPIDIS TRAGOEDIAS

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Ευοῖ bacchica acclamatio. εὐρύχορος. Pro θαλάμοις tentatur παλάμαισι. Bacchus furoris autor. ἀνέυθυνον Euripidi *redditur. Turbato ejuſdem loco medela adhibetur. Palaeſtrae ſordes laudantur in pueris.*

B*acchae* v. 3. Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρὶ. Hinc intelligendus *Seneca* in *Medea.* 84.

Proles fulminis improbi
Aptat qui juga tigribus.

Proles fulminis quem fulminis ſplendore et fragore perculſa Semele partu edidit. Simili audacia *Alcaeus* Epigr. V.

καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον.

Meleager. Epigr. CXIII.

Αἱ Νύμφαι τὸν βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος
νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλινδόμενον.

v. 72. Ἀιεὶ Διόνυσσον ὑμνήσω. *Brunkius* V. CIL. acute vidit v. ἀιεὶ corruptam eſſe. Mihi in mentem venit:

ἐυοῖ, Διόνυσσον ὑμνήσω.

βακχικὸν γὰρ ἐπίφθεγμα ἐστὶν ἐυοῖ. verba ſunt *Harpocrationis.* vid. *Weſſel.* ad *Diodor.* p. 284. Cum tamen in quibusdam Codicibus ἀνὰ legatur pro ἀιεὶ, ſuſpicari poſſis Tragicum ſcripſiſſe:

ὦνα, Διώνυσέ, σ' ὑμνήσω.

ad ſeqq. vv. confer *Plutarch.* de A. P. c. IV. *Pindar.* ap. *Clem. Alex.* III. p. 518. in *Schneid.* V. CIL. Fragm. p. 83. *Spanheim* in *Ariſtophan.* Ran. 857. p. 304.

v. 87. Ἑλλάδος εἰς εὐρυχώρους ἀγύιας. Recte vidit *Barneſius* εὐρυχόρους legendum eſſe. De permutatione horum verborum diſputavit *Tib. Hemſterh.* in *Lucian.* T. I. p. 54 ubi laudat hos verſus Oraculi cujusdam ap. *Demoſthen. in Mid.* p. 611. D.

— εὐρυχόρους κατ' ἀγύιας
ἱστάναι ὡραῖον βρομίῳ χόρον ἄμμιγα πάντες.

quae verba ad noſtrum locum illuſtrandum faciunt. Veram vim vocis εὐρύχορος aperuit Ill. *Heyne* ad *Pindar.* Olymp. Z. 33.

v. 90. λοχίοις δ' αὐτίκα νιν
δέξατο ΘΑΛΑΜΟΙC Κρονίδα Ζεύς.

Vulgo haec de Semelae puerperae thalamo accipiuntur; quod jejunum. Fortaſſe dignior Tragico lectio, quam literarum tractus ſequentes e vulgata eruimus

λοχίαις δ' αὐτίκα νιν
δέξατο ΠΑΛΑΜΑΙC Κρονίδα Ζεύς.

manibus obſtetricantibus infantem flammis eripiens.

v. 302.

v. 302. Inter reliquas Bacchi virtutes et munia, quae Tireſias enumerat, partium quoque, quas in bello habet, mentionem facit.

> Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά·
> στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα, κἀπὶ τάξεσιν,
> Φόβος διεπτόησε πρὶν λόγχης θίγειν.
> ΜΑΝΙΑ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙ Διονύσου πάρα.

Nemo fere paulo acutior fuit, qui in poſtremo horum verſuum vitium non odoratus ſit. Emendandi autem rationem alii aliam ineunt Viri doctiſſimi, quorum conjecturis et meam qualemcunque ſuſpicionem adjiciam. Mihi itaque ſcribendum videtur:

> ΜΑΝΙΩΔ' ΈΠΕΙ ΝΟΥΝ ΈΣΧΕ Διονύσου πάρα.

totus exercitus, furore bacchico perculſus, terga vertit. μανιώδη νοῦν h. e. μανίαν, pervulgato apud Graecos loquendi modo. Bacchus ipſe μανιώδης vocatur ap. *Theocrit.* Eid. XXVII. 13. σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια βάκχω.

v. 327. Μαίνῃ γὰρ ὡς ἄλγιστα, κοὔτε φαρμάκοις
ἄκη λάβοις ἄν, οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς

Verba ſunt Tireſiae Pentheo contemtum Bacchi exprobrantis. Acute animadvertit *Aug. Matthiae*, elegantiſſimi ingenii juvenis, in *Obſſ. Criticis* p. 17. poſtrema verba ſenſu carere et medicam implorare manum. Iudicet ille an recte emendaverim:

> — κοὔτε φαρμάκοις
> ἄκη λάβοις ἄν, οὔτ' ΑΝΕΥΘΥΝΟΝ νοσεῖς.

neque morbi remedium eſt, neque non poenas ejus dabis. ἀνεύθυνον. ἀζήμιον. ἀνέγκλητον. *Heſych.* οὐκ ἀνεύθυνον. εὐκατά-

ἐυκατάκριτον. *Idem.* Apud *Lucianum* T. II. p. 128. 23. τὰ ἀνεύθυνα opponuntur τοῖς ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἀξίοις.

v. 455. Πλοκαμός τε γὰρ σοῦ τανὸς, ὀυ πάλης ΎΠΟ
γένυν παρ' ἀυτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως
λευκὴν δὲ χρόιην ἐις παρασκευὴν ἔχεις.

Haec temere confuſa atque corrupta ſunt. Mihi placeret ſcriptum

πλοκαμός τε γὰρ σοῦ κεχυμένος, πόθου ΠΝΕΩΝ,
γένυν παρ' ἀυτὴν τανὸς, ὀυ πάλης ΡΥΠΟΣ
λευκὴν δὲ χρόιην ἐις παρασκευὴν ἔχεις.

Opponuntur ſibi invicem candida cutis, qualis eorum eſſe ſolet, qui delicate ſub umbra nutriuntur et ῥύπος πάλης, nobiles illae ſordes, quas in palaeſtra corpus contrahit, *Strato* Epigr. XXXIV. Vol. II. p. 367.

Ὀυ τέρπουσι κόμαι με, περισσότεροί τε κικίννοι,
τέχνης, ὀυ φύσεως ἔργα διδασκόμενοι.
ἀλλὰ παλαιστρίτου παιδὸς ΡΥΠΟΣ ὁ ψαφαρίτης,
καὶ ΧΡΟΙΗ, μελέων σαρκὶ λιπαινομένη.
ἡδὺς ἀκαλλώπιστος ἐμὸς πόθος· ἡ δὲ γοητὶς
μορφὴ θηλυτέρης ἔργον ἔχει Παφίης.

Huc facit *Luciani* locus in libro de *Gymnaſiis* c. 29. T. II. p. 911. "Αλλως τε καὶ τὸν ῥύπον ἀποσμᾷ καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἐγώ γε ἡδέως ἂν παραστησάμενος πλησίον τῶν τε λευκῶν τινα ἐκείνων καὶ ὑπὸ σκιᾷ δεδιῃτημένων, καὶ ὃν ἂν ἕλῃ τῶν ἐν τῷ Λυκείῳ γυμναζομένων, ἀποπλύναι τὴν κόνιν καὶ τὸν πηλὸν, ἐροίμην ἄν σε ποτέρῳ ἂν ὅμοιος εὔξαιο γένεσθαι.

v. 479. Ταῦτ' οὖν παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.

καὶ in κ'οὐδὲν abundat, quod jam *Musgravius* vidit. Fortaſſe levi tranſpoſitione corrigendum:

ταῦτ' εὖ παρωχέτευσας οὖν, οὐδὲν λέγων.

CAPUT II.

Φάσμα pro Φῶς in Bacchis conjicitur. Literarum α, αι, et ω in Codicibus ſimilitudo notatur. Sophoclis *Fragmento medela adfertur. Serpentes fontium cuſtodes.* Hegemon Thaſius *paſſim emendatur. φάσσαν pro Φώτων in Epigrammate corrigitur.*

v. 619. Καθ' ὁ βρόμιος, ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω,
ΦΩΣ ἐπόιησεν κατ' αὐλὴν· ὁ δ' ἐπὶ τοῦτ' ὡρμημένος
ᾖσσε, κᾀκάντει, φαεννὸν αἰθέρ', ὡς σφάζων ἐμέ.

Dionyſi verba, qui, cum Penthei vincula effugiſſet, Choro, quae intus acta erant, enarrat. Nemo editorum de hujus loci ſanitate dubitaſſe videtur. Fateor tamen me haud ſatis intelligere, quomodo Pentheus, furore bacchico nondum perculſus, ſed ſatis integrae mentis, lucem ſive ignem, quem Bacchus in cohorte accenderat, pro ipſo, quem in vinculis tenuerat juvene, habere potuerit. Neque profecto hanc difficultatem tolli poſſe puto, niſi ſimilitudinem aliquam inter hunc ipſum juvenem illamque a Baccho accenſam lucem fuiſſe ſupponas. Non dubito equidem quin v. Φῶς corruptum et emendandum ſit:

ΦΑΣΜ' ἐποίησεν κατ' αὐλὴν —

qua lectione recepta facile intelligitur, quomodo fieri potuerit, ut Pentheus in falſam captivi ſui ſpeciem, a Baccho

Baccho ad eum fallendum conflatam, incurreret eamque pro ipſo captivo ſuo vulneribus afficere conaretur. Habuit autem hac in fictione *Euripides Homerum* quem ſequeretur, qui Aeneae ſimulacrum ab Apolline ad Graecos fallendos conflatum narrat Ιλ. Ε. 449.

> αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
> αὐτῷ τ' Αἰνείᾳ ἴκελον καὶ τεύχεσι τοῖον.

quod imitatus eſt *Virgilius*. Aen. X. 636.

> Tum Dea nube cava tenuem ſine viribus *umbram*
> In faciem Aeneae, viſu mirabile monſtrum,
> Dardaniis ornat telis; clipeumque jubasque
> Divini adſimulat capitis; dat inania verba; —
> Inſtat cui Turnus, ſtridentemque eminus haſtam
> Conjicit.

vid. *Drakenb.* ad *Silium*. L. XVII. 525. p. 874. — Voce Φάσμα in ſimilibus ſaepe utitur *Euripides*. Vnum exemplum ſufficiat. *Iphig.* in *Aul.* 1585.

> Ἄελπτον εἰσιδόντες ἐκ θεῶν τινος
> ΦΑΣΜ', ὅν γε μηδ' ὁρωμένη πίστις παρῆν.

Erroris autem originem patefaciet obſervatio, quae ad multos locos emendandos prodeſſe poteſt, literam α in Codicibus ſaepe ita pingi, ut ι illi adhaerere videatur; quo fit, ut modo cum αι, modo cum ω permutetur. Sic, ut exemplum laudem, in fragmento *Sophoclis* ap. *Stephanum* ſervato. V. χώρα. p. 761. legitur:

> στρέφουσι κρήνης ΦΥΛΑΑ ΚΑΙ χωρίτην ὄφιν.

quem verſum tentavit *Toup.* in *Epiſtol. Crit.* p. 101. Lipſ. ſed parum feliciter. Scribendum, ni me omnia fallunt,

> στρέφουσι κρήνης ΦΥΛΑΚΑ χωρίτην ὄφιν.

fontis cuſtodem, *anguem indigenam.* Dracones enim fontium cuſtodes putabantur. *Hygin.* Tab. LXXIV. *quae cum aquam eis tradit*, draco fontis cuſtos *puerum exedit*. *Pauſan.*

ſan. IX. 10. p. 730. Καὶ δράκοντα ὑπὸ τοῦ Ἄρεως ἐπιτετάχθαι ΦΥΛΑΚΑ τῇ πήγῃ. *Eurip. Phoeniſſ.* 667. Ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεως, ὠμόφρων ΦΥΛΑΞ νάματ' ἔνυδρα καὶ ῥέεθρα — ἐπισκοπῶν. — Cum ω autem α permutatum videtur in fragmento *Hegemonis Thaſii* apud *Athen.* L. XV. p. 698. D.

> Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα ΜΕΤΩΡΙΖΟΝΤΕϹ ἔβαλλον
> ΠΟΛΛΟΙϹΙ ϹΠΕΛΕΘΟΙϹΙ καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς.

Vocem μετεωρίζοντες interpretationem non omnino quidem reſpuere, mendae tamen ſuſpicione non carere judicat ſummus Animadverſor. Mox pro σπελέθοισι (v. I. *Küſter* ad *Ariſtoph. Eccleſ.* v. 591.) optima Excerpta λίθοισι habent, unde *Caſaubonus* πολλοῖσίν τε λίθοισι conjicit. Mihi legendum videtur:

> Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα ΜΕΓΑ ΚΡΑΖΟΝΤΕϹ ἔβαλλον
> ΒΩΛΟΙϹ ἨΔΕ ΛΙΘΟΙϹΙ, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς.

κράζειν de populi clamoribus dixit, neſcio quis, apud *Suidam* V. ἀλογία. — οἱ δὲ πάντες ἅμα ἂν κραγόντες ἐξ αὐτῆς. (F. ἐκ λύπης.) *Ariſtophan. Eqq.* 667.

> οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον.

in *Eccleſ.* v. 431.

> εἶτ' ἐθορύβησαν, κἀνέκραγον, ὡς εὖ λέγοι
> τὸ σκυτοτομικὸν πλῆθος.

βώλοις ἠδὲ λίθοισι. *glebis et lapidibus. Dio Chryſ.* Orat. XIII. p. 419. ed. Reisk. Ὁποῖον λεγόμενόν ἐστι περὶ τὴν μαντείαν τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς· ἐκεῖναι γὰρ ΒΩΛΟΝ ΤΙΝΑ Ἢ ΛΙΘΟΝ ἐπαίρουσαι σκοποῦσιν ἐκ τούτον περὶ τοῦ πράγματος. Sic enim ſcribendum eſſe, non, ut vulgo,

go, βωμόν τινα ἤ λίθον vidit *H. Valeſius* in *Emendd.* L. II. c. V. p. 53. — Pergamus in fragmento *Hegemonis*. V. 5to legitur:

> τοῖσι δ' ἐγὼ πᾶσιν μικρὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον.
> ΜΝΗΜ' ἀνέπεισε γέροντα καὶ ὀυκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι
> καὶ σπανὶς, ἡ πολλοὺς Θασίων ἐς ὁλκάδα βάλλει.

Non dubitandum cenſeo, quin V. μνῆμα *alterius vocis locum occupet. Illa vero quaenam ſit quaeſtio. An legendum:* Μοῦσ' ἀνέπεισε. *an potius* πεῖν' ἀνέπεισε *vel* πεῖνά μ' ἔπεισε. Verba ſunt *Caſauboni* ad hunc locum. Aut fallor aut ſcribendum:

> ΛΗΜΜ' ἀνέπεισε γέροντα καὶ ὀυκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι.

Quaeſtus cupiditas. ut v. 11.

> αὖθις δ' ὀυκ ἐπὶ κέρδος ἀπείσομαι

De voce λῆμμα vide quae diſputarunt VV. DD. *Dorville* ad *Charit.* p. 87. *Spanheim.* in *Ariſtoph. Nub.* v. 456. *Valken.* in *Amm.* II. 15. *Pierſon.* ad *Moerin.* p. 246. — Vltimus tandem verſus in fragmento *Hegemonis* ſic ſe habet:

> καὶ τότε ΘΑΡCΗCΑCΑ καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.

ubi θαρσήσασα, cum de viro agatur, mendoſum eſſe apparet. Scribam:

> καὶ τοτ' 'ΕΘΑΡCΗC' 'ΑΤΤΕ καὶ ἤειδον πολὺ μᾶλλον.

Confuſae videntur literae α et ω in *Epigrammate* XII. *Antiphili.* Anal. V. P. II. p. 172.

> Κλῶνες ἀπηόριοι τανάης δρυὸς, ἔυσκιον ὕψος
> ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις.
> ἐυπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία ΦΩΤΩΝ
> οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες,
> κἠμὲ τὸν ὑμετέραισιν ὑποκλινθέντε κόμαισι
> ῥύσασθ' ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

Ad

Ad hoc carmen *Brunkius* Vir Ill. *Arboris ramos, quibus inſidunt cicadae, quarum* οἰκία *dicuntur, hominum etiam habitationem adpellari ineptum eſt; unde hunc verſum in mendo cubare exiſtimo. Pro* Φωτῶν *aviculae nomen deſidero.* Suſpicabar olim a poetae manu eſſe:

εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία ΦΑΒΩΝ

cum hanc formam a veteribus poetis uſurpatam ſcirem. Vnde. Φαβότυπος. εἶδος ἱέρακος, καὶ περιστερᾶς ἀγρίας σπερμοφάγου. quae *Heſychii* gloſſa eſt. *Athenaeus* ex *Aeſchylo* laudat (L. IX. p. 394. A.) σιτουμένην, δύστανον, ἀθλίαν φάβα. unde conjectura mea falſa eſſe arguitur. V. Φάβα enim priorem ſyllabam corripit. Fortaſſe igitur uſitatior forma reponenda eſt:

οἰκία ΦΑCCΩΝ.

Horat. I. Carm. II. 9.

Piſcium et ſumma genus haeſit ulmo
nota quae ſedes *fuerat* palumbis.

CAPVT III.

Verba ἑσμὸς *et* κασμὸς *confuſa apud* Euripidem *et* Epinicum Comicum. Λιπαρῶς, *ſynonymum vocis* ἡδέως Euripidi *redditur. Conjectura de corruptiſſimo ejusdem loco profertur.* Μόσχος *et* μόχθος *confuſa.*

v. 697. Ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα
γάλακτος ἙCΜΟΥC εἶχον, ἐκ δὲ κισσίνων
θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

His fere ſimilia ſunt, quae de aurea aetate *Ovidius* canit. *Metam.* I. 111.

> Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant
> flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.

In *Euripidis* autem loco *Brunkius* non ſine cauſa de veritate lectionis ἑσμοὺς dubitabat. Vbi enim haec vox occurrit ſenſu figurato, multitudinem indicare ſolet, ex pluribus iisque diſtinctis partibus compoſitam; et tantum non ubique cum V. ὄχλος permutari poteſt. Vide exempla a *Valkenaerio* congeſta in *Epiſtola* ad *Roever.* p. XLVII. Placet igitur, quod conjecit vir acutiſſimus

> γάλακτος εἶχον νάματ᾽

ita tamen ut propius ad literarum ductus et verborum ordine paulo diverſo legatur:

> NACMOYC γάλακτος εἶχον.

Vocem νασμὸς ab *Euripidis* conſuetudine non abhorrere docet *Hecuba* v. 151.

> Φοινισσομέναν αἵματι παρθένον
> ἐκ χρυσοφόρου
> δειρῆς NACMΩι μελαναυγεῖ.

Hippol. 653.

> ἃ ᾽γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι.

Eadem ratione ſanandum forſitan *Epinici* fragmentum ap. *Athen.* L. IX. p. 432. C.

> Γέροντα Θάσιον νῦν δὲ γῆς ἀπ᾽ Ἀτθίδος
> ἙCMON μελίσσης τῆν ἀκρολόχου γλυκὺ
> συγκυρκανήσας ἐν σκυφῷ χυτῆς λίθου
> Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφύρωσας ὑγρὸν
> κατησίμωσα πῶμα καύματος λύσιν.

ubi ſe non concoquere ἑσμὸν μελίσσης, cum de melle non de examine apium agatur, ait *Caſaubonus*, nihil tamen ipſe

ipſe tentat. Mihi ſatis veriſimile eſt medicinam *Euripidi* modo allatam et huic loco convenire:

NACMON μελίσσης τῆς ἀκρολόχου γλυκύν.

vox ἀκρολόχου tamen adhuc in mendo cubat. In quarto verſu praeclare emendavit ſummus *Caſaubonus*

Δημητρὸς ἀκτῇ πᾶν γε Φυράσας ὑγρόν.

Ceterum νᾶμα ſive νασμὸς μελίσσων proprium eſt. *Meleager* Epigr. XXX. Vol. I. p. 11.

Ἡδὺ μὲν ἀκρήτῳ κεράσαι γλυκὺ ΝΑΜΑ μελισσῶν.

Antiphilus Epigr. XXIX. Vol. II. p. 177.

τόθι γλυκὺ ΝΑΜΑ μέλισσα
πηγάζει σκηνεῦς δαψιλὲς ἐξ ὀλίγου.

v. 312. Πενθ. ΛΥΠΡΩC νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.
Διον. Ὅπως δ' ἴδοις ἂν ἩΔΕΟC, ἅ σοι πικρά.

Non longa demonſtratione opus eſt ad corruptelam, quae verbo λυπρῶς ineſt, arguendam. Requiritur pro eo aliquid, quod τῷ ἡδέως reſpondeat. *Brunkius* τερπνῶς repoſuit; recte quidem, quoad ſenſum; at nimis abeſt haec emendatio a vulgatae ſcripturae ductibus. Quid multa? *Euripides*, ni me omnia fallunt, ſcripſit:

ΛΙΠΑΡΩC νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξοινωμένας.

Lubenter profecto illas viderem ebrias. ita λιπαρῶς ἔχειν pro *cupere* paeter alios dixit *Plato.* Prot. p. 195. G. λιπαρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου. Λιπαρῶς. ἐπιμελῶς. *Heſych.* vide. Interpp.

v. 858. — γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ΌC πέφυκεν ἘΝ ΤΕΛΕΙ ΘΕΟC
Δεινότατος, ἈΝΘΡΩΠΟΙCΙ δ' ἠπιώτατος,

Multum hic locus exercuit Criticos. Verba ἐν τέλει in mendo cubant, neque ἀνθρώποισι ſanum videri poteſt.

Brunkius, cum nihil ſani his verſibus ineſſe judicaret, ipſe duos procudit verſus, eosque in corruptorum locum ſubſtituit. *Musgrarius* minus audacter, neque tamen ſatis feliciter, correxit:

ὃς πέφυκεν ἐν πάλῃ θεὸς
δεινότατος, εὐτρόποισι δ' ἠπιώτατος.

Iam meam qualemcunque conjecturam proponam.

γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, 'ΩC πέφυκεν 'ΕΝ ΓΕ ΛΟΙΔΟΡΟΙC
δεινότατος, 'ΕΝ 'OCIOICI δ' ἠπιώτατος.

Recte ſibi invicem opponuntur ὁι λοίδοροι et ὁι ὅσιοι. *Deorum cultores, et ii, qui Deorum numina contemnunt.* ἐν vero pro ἐις poſitum res notiſſima. δεινὸς ἐις τινα plus ſemel dixit *Euripides. Iphigen. in A.* 480. ὀυκ ἐις σὲ δεινός. *Androm.* 159. δεινὴ ἐις τὰ τοίαδε. Senſus igitur hic eſt: *Iam Pentheus Bacchum noverit, quam graves poenas ingerat contemtoribus numinis ſui, at quam lenis Deus iis ſit, qui illum, ut par eſt, colunt et venerantur.*

v. 869. Pentheo Dionyſi artibus abducto, Chorus periculum imminens ſuis capitibus depulſum eſſe laetatus, animi ſenſus inde a v. 860. explicat.

Θωΰσσων δὲ κυναγέτας
συντείνῃ δρόμημα κυνῶν,
ΜΟΧΘΟΙC Τ' 'ΩΚΥΔΡΟΜΟΙC Τ' 'ΑΕΛΛΑΙC
θρώσκῃ πέδιον παραποτάμιον ἡδομένα
βροτῶν ἐρημίαις.

Totum hoc phantaſma ſatis quidem perſpicuum ſed haeremus in tertio verſu, quem latinus interpres ſic vertit: *et laboribus et rapidis procellis caprea ſimilis.* Vulnus igitur in v. Μόχθοις haeret. Fortaſſe:

ΜΟCΧΟC Τ' ΩΚΥΔΡΟΜΟC' ΙC' 'ΑΕΛΛΑΙC

μόσχος

μόσχος idem eſt ac *νέβρος* verſu 864. *ὡς νέβρος χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς. Iphigen.* in *Aul.* 1082.

ὥστε πετραίων ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν
Ὀρέων μόσχον ἀκήρατον.

Iam videamus totum locum: *Venator quidem alte vociferans canes ad curſum incitat.* Hinnulus autem ventos pedum pernicitate exaequans *intendit curſum in campo flumine irriguo, gaudens deſertis et ſolitudine.* h. gaudens ſe tuto in ea loca penetraſſe, ubi nihil ſibi ab hominum inſidiis timendum ſit. Proximus verſus fortaſſe ſic legendus:

σκιαροκόμου τ' ἐν ΟΡΓΑCIN *ὕλας.*

pro *ἐν ἔρνεσιν. Bacch.* 340. *κρεῖσσον' ἐν κυνηγίαις Ἀρτέμιδος εἶναι κόμπασαντ' ἐν ὀργάσιν.* 445. *πρὸς ὀργάδας σκιρτῶσι.* Vid. de hac v. *Alberti* ad *Heſych.* V. *Rhunken.* ad *Timae.* p. 141. *Duker.* ad *Thuc.* I. p. 91.

CAPVT IV.

Conjecturae de corruptiſſimo Euripidis *loco proferuntur.* Biſtonides *Baccharum nomen. Inſtrumenta quae ſacris myſticis adhibentur eorum ἐπίστορα vocari ſolent.*

v. 1142. Conclamatus eſt in hac Tragoedia locus, quem, ne incertam conjecturam in textum intromitteret, corruptum relinquere maluit *Brunkius.* Chorus, cum Penthea, orgia profanis oculis temerare audentem, poenas Baccho dediſſe, audit, prae gaudio exclamat:

ἀναχορεύσωμεν βακχεῖον
ἀναβοάσωμεν ξυμφορὰν

 τὰν

τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα Πενθέως,
ὅς τὰν θηλυγενῆ στολὰν
νάρθηκα ΤΕ ΠΙΣΤΟΝ ʼΑΪΔΑΝ
ἔλαβεν εὔθυρσον.

Muſgravii conjectura:

νάρθηκά τε πίστορ᾽ ἀκίδα τε

ingenioſa quidem eſt, habet tamen quo diſpliceat. Literarum ſimilitudine ductus ſuſpicatus ſum antiquam Tragici lectionem fuiſſe:

νάρθηκά ΤΕ ΒΙΣΤΟΝΙΔΩΝ

quod et proxime abeſt a vulgata ſcriptura et vel eo nomine ſe commendat, quod verbum minime vulgare ab imperito librario facile corrumpi potuit. Simili ratione *Horatius*. II. Carm. XIX. 19.

Nodo coërces viperino
Biſtonidum *ſine fraude crines*.

Nunc autem hoc me moratur et vela fere retro dare cogit, quod, quo tempore Bacchus ad Thebas occupatus erat, nondum Thraciae oras, et Biſtonidum adeo terram, adierat. Facile tamen poeta Biſtonidum nomen praecipere potuit, neque fortaſſe hoc a lyrica audacia alienum videri debet. Ampliavimus tamen atque incidimus in aliam lectionem eamque, ut nobis quidem videtur, haud minus probabilem:

νάρθηκά Τ᾽ ʼΕΠΙΣΤΟΡΑ ʽΙΡΩΝ

Quaecunque inſtrumenta bacchicis atque omnino myſticis ſacris adhibebantur, ea omnia eorum ἐπίστορα vocari potuerunt. *Philodemus* Epigr. XVII.

τὸν σιγῶντα, Φιλαινὶ, ΣΥΝΙΣΤΟΡΑ τῶν ἀλαλήτων
λύχνον ἐλαιηρῆς ἐκμεθύσασα δρόσου.

Meleager. Epigr. LXXI.

Νὺξ

Νύξ ἱερή, καὶ λύχνε συνίστορας οὔτινας ἄλλους
ὅρκοις ἀλλ' ὑμέας εἱλόμεθ' ἀμφότεροι.

Idem. Epigr. CXIV.

Ἄνθεμά σοι Μελέαγρος ἑὸν συμπαίκτορα λύχνον,
Κύπρι φίλη ΜΥΣΤΗΝ σῶν θέτο παννυχίδων.

Seneca Hippol. 106.

Non inter aras Atthidum miſtam choris
Iactare tacitis CONSCIAS SACRIS faces.

Apulejus Metamorph. L. VIII. p. 538. ed. Oud. *Nec ſecius patefactis aedibus, acceptum te*, nullo lumine conſcio, *ad meum perducet cubiculum.*

v. 1190. Ἀγ. Ἐπαινεῖς; Χο. ΤΙ Δ' ἐπαινῶ;

Male haec diſtincta eſſe vidit *Musgravius* atque correxit:

Αγ. ἐπαινεῖς ΤΟΔ'; Χορ. Ἐπαινῶ.

Fortaſſe melius:

Ἀγ. Ἐπαινεῖς ΤΙ Μ'; Χορ. ἐπαινῶ.

CAPVT V.

Verba λαβὼν *et* θακῶν *in Cyclope confuſa videntur* στέγαι δόμων *ſi ve* μελάθρων. Aſii *Fragmentum tentatur. Corruptus* Euripidis *locus emendatur.*

Cyclops. v. 15 Notus eſt et poſt *Homerum* ſaepe tractatus mythus de Baccho per piratas Tyrrhenos erepto, de quo vide Sum. *Heynium* ad *Apollod.* p. 578. Hujus mythi tanquam fundo ſuperſtructa eſt ea pars fabulae noſtrae, quae ad Silenum ejusque filios pertinet. Ego, inquit temulen-

tus ſenex, qui Prologum agit, nuntio de raptu tuo audito

σὺν τέκνοισι ναυστολῶ
σέθεν κατὰ ζήτησιν· ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
αὐτὸς ΛΑΒΩΝ εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ.

Satis quidem expedita ſententia, Silenum ad navis gubernaculum conſediſſe; ſed in verbis haeremus. Δόρυ enim, non quod *Heathius* voluit, *clavum gubernaculi*, ſed ipſam *navem* ſignificare, ſatis, cum ex aliis locis, tum ex *Helena*. v. 1584. apparet, ubi eſt:

ἐξέπεισεν εἰσβῆναι δόρυ.

et in ipſo *Cyclope*. v. 19. ἄνεμος ἐμπνεύσας δορί. quod nemo facile de gubernaculo intelliget; neque tamen veriſimile eſt, poetam idem verbum intra tam paucorum verſuum ſpatium tam diverſo ſignificatu adhibuiſſe. Quae cum ita ſint, difficile dictu eſt, quo v. λαβὼν referendum ſit, quod cum v. δόρυ quidem conjungi nequit. His rationibus adductus λαβὼν in mendo cubare ſuſpicor, et corrigendum:

ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ
αὐτὸς ΘΑΚΩΝ ηὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ.

Mox v. 30.

ἐγὼ δὲ πληροῦν πίστρα καὶ σαίρειν στέγας
ΜΕΝΩΝ τέταγμαι τάσδε.

primus *Pierſonus* novavit quaedam in *Veriſim.* L. II. p. 142. μένων nimis jejunum judicans. Alii contra pro vulgata ſteterunt, nec ego eam, quod ad ſenſum adtinet, defendi poſſe, inſitias eo. Attamen tentavi

καὶ σαίρειν στέγας
ΔΟΜΩΝ τέταγμαι τάσδε.

quod et proxime a vulgata abeſt neque exemplo caret. v. 118.

Κύκλωπες, ἄντρ' ἔχοντες, οὐ ΣΤΕΓΑΣ ΔΟΜΩΝ.

Iphigen.

Iphigen. in *T.* 949. "ΟΙΚΩΝ ὄντες ἐν ταυτῷ ΣΤΕΓΕΙ. *Catullus* Carm. LXIV. 247. *Sic funeſta* domus *ingreſſus* tecta *paterna.* ſive etiam

καὶ σαίρειν στέγας
ΜΕΛΑΘΡΩΝ τέταγμαι τάςδα.

quod cum per compendium ſic ſcriberetur μελων facile in μένων abire potuit. *Alceſte.* v. 247.

γαῖά τε καὶ ΜΕΛΑΘΡΩΝ ΣΤΕΓΑΙ.

Verbum σαίρειν reſtituendum forſitan *Aſio* ap. *Athen.* L. XII. p. 525. F.

Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς ἘΥΡΕΩΣ ἜΙΧΟΝ.

Delechampius vertit: *Terraeque* late *niveis tunicis ſolum* radebant. Vide ſuſpicor eum in Codice ſuo legiſſe:

χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς ἘΥΡΕ᾽ ἜΣΑΙΡΟΝ.

v. 90. Silenus, conſpectis viris, qui navi ad litus relicta ad Cyclopis ſpeluncam pergunt, mala quae illis inſtant reputans atque futuram eorum miſeratus ſortem, in has voces erumpit:

ὦ ταλαίπωροι ξένοι
τίνες πότ᾽ εἰσιν; οὐκ ἴσασι δεσπότην
Πολύφημον, οἷός ἐστιν, ἄξενον ΣΤΕΓΗΝ
τήνδ᾽ ἐμβεβῶτες.

Miror *Muſgravium* de horum verborum ſenſu pravaque diſtinctione, qua laborant, nihil monuiſſe. Quomodo enim quaeſo Silenus quaerere poteſt, *quinam ſint iſti?* cum adſtans puerorum Chorus hoc aeque atque ille ignoret? Deinde vero disjunctus hic ſtylus atque diffluens minime τὸ στρόγγυλον Εὐριπίδου στόμα ſapit. Deleta interrogationis nota verba ſic jungo:

ὦ ταλαίπωροι ξένοι,
τίνες πότ᾽ εἰσίν! οὐκ ἴσασι δεσπότην —

Vae illos miſeros, quicunque tandem illi ſint! neſciunt enim — Deinde vero acuta eſt *Musgravii* obſervatio, ſe neque quenquam inveniſſe, qui ἐμβαίνειν στέγην dixerit, neque, etiamſi graece dicatur, hic locum habere poſſe, Vlyſſe cum ſociis nunc primum in conſpectum prodeuntibus. Quo minus tamen amplectar conjecturam ejus — ἄξενον γύην, prohibet literarum major, quam forte par eſt, diverſitas. Propius certe ad vulgatae ſcripturae ductus nos conjicimus:

ἄξενόν ΤΕ ΓΗΝ
τήνδ' ἐμβεβῶτες.

ut cum ἴσασι jungatur hoc participium. *Ignorant qualem dominum habituri ſint, neque ſciunt, ſe feram et ab hominum conſortio remotam terram ingreſſos eſſe.*

CAPVT VI.

Pergitur in Cyclope. στέγειν γαστέρα *et* βδέλλειν κρέων.

v. 168. Ebrius et laſcivus ſenex vini gaudia enumerat

ἵν' ἐστὶ τουτὶ τὀρθὸν ἐξανιστάναι
μαστοῦ τε δραγμὸς καὶ ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΜΕΝΟΥ
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.

Quid λειμὼν ſit *Musgravius* docet. In v. I. παρασκευασμένου, naevus haerere videtur fortaſſe ſic eluendus

καὶ ΠΕΡΙΣΚΕΠΑΣΜΕΝΟΥ
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.

quae pluribus explicare ſuperſedeo.

v. 311. Παρχίνεσαι σοι βούλομαι· τῶν μὲν κρεῶν
μηδὲν λίπῃς τοῦδ'· ἥν τε τὴν γλῶσσαν ΔΑΚΗιC
κομψὸς γενήσῃ καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.

verba ſunt Sileni ſcurram et paraſitum agentis. Latinus interpres: *ſi linguam ejus comederis.* Hoc autem non *δάκνειν* eſt ſed *φάγειν.* Neque dubito, quin ſcribendum ſit:

ἣν δὲ τὴν γλῶσσαν ΦΑΓΗιC.

Proxima, doctiſſimorum Virorum judicio, multo corruptiora ſunt. Inhumanus enim ille Cyclops, *ἄγριος οὔτε δίκας εὖ εἰδὼς οὔτε θεμίστας*, ſe neque ſupplicum neque Iovis hoſpitalis curam habere, impie profatur. Audi, inquit, quam parvi hunc Iovem pendam:

ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ
ἐν τῇδε πέτρῃ στέγν' ἔχων σκηνώματα
ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος
δαινύμενος 'ΕΝ CΤΕΓΟΝΤΙ γαστέρ' ὑπτίαν.
'Επεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, ΠΕΠΛΟΝ
κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

Colorem duxit *Euripides* ex Odyſſ. L. IX. 296.

αὐτὰρ ἐπεὶ κύκλωψ μεγάλην 'ΕΜΠΛΗCΑΤΟ νηδὺν
ἀνδρόμεα κρέα ἔδων, καὶ ἐπ' ἄκρητον γάλα πίνων
κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων.

Qui locus nobis ad veram lectionem reſtituendam haud parum profuit. *Muſgravius* conjecit: Δαινύμενος, εὖ στεγόντι γαστέρ' ἐψίαν. *ventri bene capienti ludibrium.* quod ut doctum ita nimis longe quaeſitum eſt. Melius placet, quod proximo verſu emendavit: *εἶτ' ἐκπιών.* Denique haeremus in verbis *πέπλον κρούω*, quae, quocunque tandem modo explicaveris, difficultatem relinquent. Rem confeciſſe ſibi videbatur *Heathius* comparato *Catulli* Carm. XXXII. 10.

Nam

Nam pranſus jaceo et ſatur ſupinus
pertundo tunicamque *palliumque.*

Sed non animadvertit hunc ſenſum parum convenire proximis verbis *διὸς βροντᾶισιν ἐις ἔριν κτυπῶν.* Equidem totum hunc locum ſic refingam:

Ἤ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος
δαινύμενος ΈΥ CTENΩN TE γαστέρ' ὑπτίαν,
ἐῖτ' ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφόρεα, ΒΔΕΛΟΝ
κρέυω, Διὸς βροντᾶισιν ἐις ἔριν κτυπῶν.

Cyclops *γαστέρα στένων*, *ventrem implens carnibus* eſt Homericus ille qui

μεγάλην ἐμπλήσατο νηδύν.

quem locum expreſſit *Alcaeus Meſſenius.* Epigr. XIV. Vol. I. p. 489.

Πίομαι, ὦ Ληνᾶιε, πολὺ πλέον ἤ πίε Κύκλωψ
νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων.

Confirmatur conjectura noſtra alio *Homeri* loco Ιλ. Π, 156. Lupi

ὄιτ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν ὄυρεσι δηώσαντες
δάπτουσιν· πᾶσιν δὲ παρήϊαν ἅιματι φοινὸν,
καὶ τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ
ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον ἅιματος· ἐν δέ γε θυμὸς
στήθεσιν ἄτρομός ἐστι; ΠΕΡΙCTENETAI δέ τε
ΓΑCTHP.

Ad *βδέλον κρόυω*, quod verbum Cyclopis ruſticitati optime convenit, confer *Ariſtophan.* Nub. 384. ubi Socrates Strepſiadi coeli fragorem, unde oriatur, explicat:

ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω.
ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, ἐῖτ' ἐταράχθης
τὴν γαστέρα καὶ κλόνος ἐξαίφνης ἀυτὴν διεκορκορύγησεν.

CAPVT

CAPVT VII.

Euripides *in Heraclidis paſſim corrigitur. Vera lectio corrupto* Maximi Tyrii *loco reſtituitur.* Lycurgus *emendatur.* *θρεομένας pro ἐρωμένας. κλύειν et λέγειν ſibi invicem opponuntur. Fragmento* Euripidis *medela adhibetur.*

H*eraclid.* 64. Ιολ. Ὄυτοι βίᾳ γέ μ' ὀυδὲ τούςδ' ἄξεις λαβών
Κοπ. Γνώσῃ σὺ· μάντις δ' ὄισθ' ἀρ' ὀυ καλὸς
τάδε

Vertunt *Cognoſces: Neque bonus vates haec noſti.* Sed hoc balbutire eſt. Mirum ni ſcripſerit Tragicus:

γνώσῃ σὺ· μάντις δ' ἴσθ' ἀρ' ὀυ καλὸς τάδ' ὤν.

Scito, te in hac quidem re non bene divinaſſe, quid futurum ſit. Notum idioma, quo *Euripides* frequenter utitur. vide *Brunk* in *Eurip.* Bacch. v. 184. Mox v. 109.

ἄθεον ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει
ξένων ΠΡΟC ΤΟ ΠΑΝ

(qui verſus inverſo ordine leguntur in edit. *Hervag.* MDXXXVII.) non ſolum ingenioſiſſima verum etiam, ſi qua alia, veriſſima eſt *Canteri* emendatio

ξένων ΠΡΟCΤΡΟΠΑΝ

Sophocl. Oedip. Col. 557. δύσμορ' Ὀιδίπου, τίνα
πόλεως ἐπέστης ΠΡΟCΤΡΟΠΗΝ ἐμοῦ τ' ἔχων.

προστροπαίοι λιταὶ ſunt in eadem Tragoedia. v. 1309. et προστρέπειν v. 50.

πρὸς νῦν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς
τοίονδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω Φράσαι.

Redeat hoc verbum poſtliminii jure in locum *Maximi Tyrii*, unde jamdiu exulat; qui locus eſt in Diſſ. VIII. 5. p. 138. T. I. ed. Reisk. Γυναικὶ Ἀιγυπτίᾳ θρέμμα ἦν κροκοδείλου σκύλαξ. ἐμακάριζον ὁι Ἀιγύπτιοι τὴν γυναῖκα ὡς τιθηνουμένην θεὸν. τινὲς δὲ ἀυτῶν καὶ ΠΡΟCΕΘΡΥΠΤΟΝΤΟ καὶ ἀυτὴν καὶ τὸν τρόφιμον. Varie tentarunt vocem προσεθρύπτοντο, quam *Reiskius* tamen defendi poſſe exiſtimabat,

ſtimabat, vertens: *blandiebantur illi exquiſitis lenociniis.* At vel hoc ſenſu admiſſo, qui an huic verbo tribui poſſit, fere dubito, nihilominus tamen corruptum videri debet. Requirit enim contextus aliquid quod majus ſit atque fortius quam τὸ μακαρίζειν, ut ſatis apparet ex ipſis *Maximi* verbis: τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ πρ. Manu ad veram lectionem ducit ſcriptura Codicis reg. qui προςετρέπτοντο habet. Lego igitur nulla fere mutatione: τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ ΠΡΟCΕΤΡΕΠΟΝΤΟ καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον.

v. 163. Τί δῆτα φήσεις; ποῖα πεδί' ἀφαιρεθεὶς
ΤΙΡΥΝΘΙΟΙC ΘΗC πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν.

Vexatus locus, quem nuperrime quoque tentavit doctiſſimus juvenis *Aug. Matthiae* in *Obſervationum* libello p. 20. legens: Τιρυνθίοις φῄς. In eandem conjecturam et *Reiskius* inciderat; quae quamvis ſatis ingenioſa eſt, habet tamen quod diſpliceat. Si enim *Euripides* idem verbum repetere voluiſſet, non φῄς, puto, ſed φήσεις ſcripſiſſet. Neque *Muſgravii* emendatio: θεὶς πόλεμον ſatisfacit. Equidem valde ſuſpicor voculam θῄς ex finali praecedentis verbi ſyllaba ortam atque ſcribendum eſſe:

ΤΙΡΥΝΘΙΟΙCΙ πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν

ex ΟΙCΙ autem quam facile ΘΗC fieri potuerit harum rerum periti haud ignorant. In Epiſtola Critica huic libello ſubjecta ſimilem naevum eximemus *Euſebio* apud *Stobaeum* Serm. XXXVIII. p. 225. 50. ubi in verbis κείνη δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη αὐτή, ultima vox inducenda eſt, orta nimirum ex ſyllabis finalibus praecedentis verbi. Obiter corrigam *Lycurgi* locum, ubi confuſio literarum Ο et Θ editoribus caliginem offudit, in *Leocrate.* p. 79. ed. Schulz. Ἦν ὁρᾶν ἐπὶ μὲν τῶν θύρων γυναῖκας, ὑπὲρ ἄνδρων — ἀναξίως αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ὉΡΩΜΕΝΑC. Quod

cum

cum ſenſu careat nullus dubito quin corrigendum ſit: ἀναξίως αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ΘΡΕΟΜΕΝΑC. *mulieres, indigno modo ejulantes. Euripid.* Hipp. 362. — ἀνήκουστα τᾶς

Τυράννου πάθεα μέλεα ΘΡΕΟΜΕΝΑC.

v. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* L. II. p. 522.

v. 321. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν ὅταν θάνω. Doctiſſimus editor Lipſienſis oblitus eſt mentionem facere elegantiſſimae emendationis *Valkenaerii* in praef. ad *Phalaridis* Epp. ed. Lennep. p. XV.

Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν, ὅσον σθένω —

cf. Androm. 823. Electra. 71.

v. 763. Κακὸν δ', ὦ πόλις, εἰ ξένους
Ἱκτῆρας παραδώσομεν
ΚΑΙ ΛΕΥCΙΜΟΝ 'ΑΡΓΟC.

Scaligeri et *Duporti* conjecturae, quas apud *Barneſium* videre eſt, in metri leges peccant. *Canteri* autem emendatio: καὶ δείσομεν ἄργος mihi quidem admodum frigida videtur. Mihi in mentem venit:

K'ΑιΝΑΙCΙΟΝ 'ΑΙCΧΟC

quod cum κακὸν jungendum, hoc ſenſu: *Malum enim, imo peſſimum opprobrium eſt, tradere ſupplices hoſtibus.* ἄισχος et ψόγος jungit noſter in *Melanippe* Fr. XXVI. Vt hic ἀναίσιον ἄισχος ſic in *Troad.* 1114. δύσγαμον ἄισχος.

v. 931. Ὀυ γάρ ποτ' ἤυχει χεῖρας ἕξεσθαι σέθεν
ἔστειχε, μείζω τῆς τύχης φρονῶν ΠΟΛΥ,
Πέρσων Ἀθηνας.

Friget πολὺ μείζω. Fortaſſe corrigendum:

μείζω τῆς τύχης φρονῶν, ΠΟΛΙΝ
πέρσων Ἀθήνης.

v. 784.

v. 784. Θε. Δέσποινα, μύθους σοί τε συντομωτάτους
ΚΑΤΕΙΝ 'ΕΜΟΙ ΤΕ τῶδε καλλίστους φέρω.
νικῶμεν ἐχθροὺς καὶ τρόπαι' ἱδρύεται.

Verba ἐμοὶ τῶδε pro *mihi* ſimpliciter dicta eſſe volunt. Quod ut fieri poſſe concedamus, ſenſus tamen, qui inde exiſtit, is eſt, quem nemo facile in elegantiſſimo poeta concoquat. *Affero nuntium, tibi quidem* auditu *breviſſimum, mihi autem* auditu *pulcherrimum.* Nullus igitur dubito vocem ἐμοὶ in mendo cubare et legendum eſſe:

Δέσποινα, μύθους, σοί τε συντομωτάτους
ΚΑΤΕΙΝ, ΛΕΓΕΙΝ ΤΕ τῷδε καλλίστους φέρω.

Ita et v. κλύειν habet quod ei opponatur, et τῷδε recte pro ἐμοὶ ponitur. Quod prius illud attinet v. *Brunk.* ad *Sophocl.* Oedip. T. 534. Antitheſis autem τοῦ λέγειν et κλύειν poetarum uſu tritiſſima. *Pherecrates Comicus* ap. *Plutarch.* T. II, p. 1141. D.

Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα· σοί τε γὰρ ΚΛΥΕΙΝ
'Εμοὶ δὲ ΛΕΞΑΙ θυμὸς ἡδονὴν ἔχει.

Sophocles Philoct. 24.

Ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν ΚΛΥΗΙC
'Εγὼ δὲ ΦΡΑΖΩ.

Euripides in Suppl. 98. σὸν τὸ μηνύειν ἐμοὶ
'Ημῶν δ' ἀκούειν.

in Philoct. ap. Ariſtotel. Rhet. c. 19. (Fragm. XIII.)

λέξω δ' ἐγὼ κἄν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι·
ἀλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τ' ἀμὰ μαθήσῃ (Musgr. φρασθήσῃ) κλύων
'Ο δ' αὐτὸς αὐτὸν 'ΕΜΦΑΝΙΕΙ COI λέγων.

Poſtremus verſus fortaſſe ſic corrigendus:

'Ο δ' αὐτὸς αὐτὸν 'ΕΜΦΑΝΗ ΘΗCΕΙ λέγων.

θήσει pro ποιήσει poetarum, inde ab *Homeri* aevo, more perpetuo. — In noſtra Tragoedia Alcmena, nuntio de victoria audito, de ſuorum vita atque ſalute ſollicita

φόβος

Φόβος, inquit, εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.
Θερ. Ζῶσιν· μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν.
Αλκ. Ὁ μὲν γέρων ΟΥΚ ἐστιν Ἰολέως ὅδε.

Ad poſtremum verſum haec animadvertit *Musgravius*: „*Sic lego, deleta interrogationis nota. Loquitur tanquam de Iolao deſperans vel timori certe quam ſpei propior.*“ Vix credo. Nam ea quae praecedunt et quae ſequuntur hunc verſum, alium ſenſum ſuadere videntur. Si enim uſum loquendi *Euripideum* recte teneo, interrogatio quaedam praecedere debuit haec Nuntii verba:

μάλιστα· πράξας δ' ἐκ θεῶν κάλλιστα δή.

ut adeo interrogationis notam, ſi a Codicibus abeſſet, audacter reponerem. Deinde vero, ad μάλιστα non ſupplendum eſſet, ἐστι, ut *Musgravio* placet, ſed οὐκ ἐστι id quod ſenſui et rerum veritati prorſus contrarium. Scribendum itaque, ni me omnia fallunt:

Ὁ μὲν γέρων οὖν ἐστιν Ἰολέως ὅδε;

Vivitne igitur et ſpirat adhuc Iolaus ſenex? Ad haec nuntius, Μάλιστα, *Omnino vivit*, reſpondet.

CAPVT VIII.

Καλλιπάρθενος. *Fragmentum* Euripidis *tentatur.* τέθριππα ἐλᾶν. Scaligeri *emendatio defenditur.* Coluthus *emendatur.* Pindari *locus illuſtratur.* ἄρδειν et ἀρύειν. *Epigrammati medela adhibetur.*

H*elena.* V. 1. Νείλου μὲν αἵδε καλλιπαρθένου ῥοαί. Quod ad ſententiam priorum hujus Tragoediae verſuum attinet, ſequutus eſt *Euripides* autorem *Anaxagoram.* v. *Dio*-

dor. *Sicul.* L. I. 38. p. 46. Ἀναξαγορᾶς ὁ Φυσικὸς ἀπεφήνατο τῆς ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν. ᾧ καὶ ὁ ποιητὴς Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν ἠκολούθηκε. ubi praeterea hic ex Helena locus laudatùr. Docte de hac *Anaxagorae* opinione diſputantem vide *Valkenaerium* in *Diatribe* p. 30. A. B. qui inter alia et hoc *Euripidis* fragmentum excitat, ſervatum ap. Scriptorem incertum *de Nili incremento.* p. 788.

Νείλου λιπὼν καλλιστὸν ἐκ γαίας ὕδωρ
ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν
τεθρίππου ὄντος ἡλίου δι' αἰθέρα.

Varias de his vv. conjecturas vide ap. *Valken.* l. c. In 4to verſu Codd. habent *τεθριππεύοντος*, unde una litera mutata veram lectionem reſtituiſſe mihi videor

τέθριππ' ἐλῶντος ἡλίου δι' αἰθέρα.

quo ſumma in Codd. ſimilitudo ſyllabarum *ευ* et *ελ* ducit. Vſus loquendi autem plane *Euripideus* eſt. In *Phaethonte* ap. *Longin.* Π. Υ. Sect. XV.

"ΕΛΑ δὲ μηδέ Λιβυκὸν αἰθέρ' ἐμβαλών.

ap. *Clement. Alexandrinum.* Paed. III. 2.

Μήδ' ἀναβῇς τὸν ΔΙΦΡΟΝ ἘΛΑΥΝΕΙΝ *μὴ μαθών.*

in *Ione.* 1184. Ἵππους μὲν ἔλαυν' — Ἥλιος. *Pindar.* Olymp. CT. 80. *βασιλεὺς δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ Πυθῶνος.* *Theodectes* ap. *Strabon.* XIII. p. 1019.

ἧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν —

— *καλλιπάρθενοι ῥοαὶ* dictum videtur ut *καλλίχοροι πάγαι* in *Ione* v. 1074. *ubi formoſae puellae choros inſtituunt.* v. *Coluthum* de R. H. 1. ſeqq. et ibi *Lennep.* *Ariſtophanis* tamen *Scholiaſtes* ad Theſmoph. 802. ubi hic *Euripidis* verſus intexitur, ita accepiſſe videtur, ut *καλλιπάρθενοι ῥοαὶ* dictae ſint pro *παρθενίαις puris et limpidis aquis.* Λαμπραὶ, inquit, *αἱ ῥοαὶ τοῦ Νείλου.* De hac ſignificatione

vocis

vocis παρθένιος cf. D. *Rhunkenium* ad Hymn. in Cerer. v. 99. et poſt eum *Mitſcherlich* V. Cl. p. 145. ſq.

v. 2. Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Ἀιγύπτου πέδον
λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύιας.

Defendit *Musgravius* vulgatam lectionem contra *Scaligerum*, qui, ut tautologia vitaretur, πέδων legendum conjecerat. Ille quidem in ejusmodi pleonaſmis placuiſſe ſibi *Euripidem* contendit, pluraque, quibus hoc probet, exempla excitat, quorum tamen, ut mihi quidem videtur, paulo diverſa eſt ratio. *Heraclid.* v. 489. enim manifeſto in mendo cubat, ut poſt alios docuit *Ioannes Pierſon* Veriſim. p. 177. — in *Ione.* v. 16 autem

Τεκοῦσ' ἐν ὄικοις παῖδ' ἀπήνεγκε βρέφος
Ἐις ταὐτὸν ἄντρον.

βρέφος, quod eleganter pro αὐτὸ poſitum eſt, pendet ab ἀπήνεγκε, παῖδα a τεκοῦσα, cum contra in eo quem tractamus loco idem verbum duplicem accuſativum regat πέδον et γυίας. Pleonaſmus tandem quem *Musgravius* obſervat in *Hecuba* 489.

Ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην

diverſiſſimae etiam naturae eſt. Reſtat igitur ut cum *Scaligero* corrigamus:

Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Ἀιγύπτου πέδων
λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γυίας.

Hac enim periphraſi nihil fere vulgatius. πέδον χθονὸς *Aſius* dixit apud *Athenaeum* L. XII. p. 525 F.

χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς ἐυρέος εἶχον.

Euripides autem ſexcenties dixit πέδον χθονὸς, πέδον γῆς etc. Proferam hac opportunitate oblata conjecturam de vexatiſſimo *Coluthi* loco, quem et *Dorvillius* et *Lennepius* tentaverunt, neuter ſatis feliciter. Dicitur enim de Eride v. 44. *Tanquam taurus oeſtro agitatus in ſilvis vagatur*

Τοῖα βαρυζήλοισιν Ἔρις πληγῇσι δαμεῖσα
Πλάζετο, μαστεύουσα, θεῶν πῶς δαῖτας ὀρίνοι
Πολλάκι δ' εὐκλάγγος ἀπὸ κλισμοῖο θοροῦσα
Ἵστατο, καὶ παλίνορσος ἐφέζετο· χειρὶ δὲ γαίης
ΟΥΔΕ ΤΕ ΚΟΛΠΟΝ ἘΡΥΞΕ καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.

Pro ἔρυξε *Dorvillius* ἄραξε corrigit, cujus veſtigia legens emendandum ſuſpicor

χειρὶ δὲ γαίης
ἘΥ ΔΑΠΕΔΟΝ Γ' ἈΝΑΡΑΞΕ καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.

Strenue terram pulſavit manibus. *Quintus Calaber* L. XI. 23.

ἀναῤῥάξασα χέρεσσι
Τρηχὺ πέδον Λιβύης.

In *Helenae* loco, unde progreſſi ſumus, pro ὑγραίνει *Ariſtides* T. III. p. 559. ἀρδεύει legit. *Aeſchyl. Prometh.* v. 850.

ὅς καρπώσεται
Ὅσην πλατύῤῥους Νεῖλος ἈΡΔΕΥΕΙ χθόνα.

Verbum ἀρδεύειν ſollicitat *Gedike* V. CL. in difficili *Pindari* loco *Olymp.* V. 54.

Ὑγί —
εντα δ' εἴ τις ὄλβον
ἈΡΔΕΙ, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύ-
σῃ θεὸς γενέσθαι.

Vbi ille

εἴ τις ὄλβον.
ἈΡΤΕΙ

conjecit, quod in metri leges peccat. Equidem hunc locum ita explicandum puto, ut per ὄλβον ὑγιέντα intelligantur *divitiae cum corporis ſanitate conjunctae* ad quam *mentis*

mentis ſanitas accedere debet, ut perfecta ſit felicitas. Illa autem in eo conſpicitur, ſi quis *divitiis recte utitur*, ἐξαρκεῖ κτεάτεσσι. Hunc enim ſenſum habet verbum ἐξαρκεῖν, *ita ſe gerere in alicujus rei uſu ut conſentaneum eſt*. Senſus igitur totius loci hic eſt: Si quis divitias, cum ſanitate conjunctas, ſemper auget (ἄρδει, αὐξάνει), eo quod illis recte et ut virum ſapientem decet utitur, gloriamque ſibi praeterea comparat, ad ſummum fortunae perveniſſe videri debet. — Contra autem verbum ἀρύειν reſtituendum videtur *Ariſtoni* Epigr. III. Analect. Vet. Poet. T. II. p. 258.

Ἀμπελὶς ἡ Φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ
ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη,
Λαθριδίη βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
ΠΩΜΑ ΠΙΕΙΝ ΚΥΚΛΩι πλησαμένη κύλικα
Πρὶν δ' ἈΡΥCΑΙ μογερὰν ἔκαμεν χέρα, ὡς δὲ παλαιὴ
νηῦς ὑποβρύχιος ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

Videſis an corrigendum ſit:

Λαθριδίη βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
ΠΩΜ' ἈΡΥΕΙΝ ΚΟΙΛΗι χρησαμέν' ὡς κύλικι.
Πρὶν δ' ἈΝΥCΑΙ μογερὰν ἔκαμεν χέρα.

Acceſſerat temulenta anus ad torculare recenti impletum vino et jam coeperat CAVA MANV *qua ut poculo utebatur, haurire, cum, antequam perfeciſſet, crebro hauriendo fatigata, praeceps in torculare cecidit vinoque immerſa periit.*

CAPVT IX.

Ἀγλαΐσμα. Ὡραία γάμων. Pindari *Fragmentum emaculatur.* Τιμαὶ *Deorum munia. Pluralis pro ſingulari.* Coluthus *tentatur et* Suidas. Euripidis *Helena aliquot locis corrigitur.*

V. 11. Τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ'. *Heſychius.* Ἀγλάϊσμα. καλλονή. κόσμος. *Aeſchyl Choëph.* v. 191.

ἐινχι τόδ' ἀγλάϊσμά μου τοῦ φιλτάτου
βροτῶν Ὀρέστου.

v. *Abreſch. Lectt. in Aeſch.* L. II. p. 421. Eodem verbo Helena utitur de filia Hermione loquens, verſu 289. hujus Tragoediae. De voce ἄγαλμα hoc ſenſu uſurpata (πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. *Suidas*) vide *Dorville ad Charit.* I. p. 13. *Muſgrav.* ad *Suppl.* v. 370. *Miſcell. Obſ.* Vol. III. p. 267. *Valken.* in *Ammon.* p. 169. — Poſt hunc verſum unum intercidiſſe jam diu eſt quod videram.

v. 12. Ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων. Sic fere *Perſes Thebanus* Epigr. VI. Anal. Vet. Poet. T. I. p. 5.

Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο, Φιλαίνιον, ὀυδέ σε μήτηρ
Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν ἐις θαλάμους

ut hic θαλαμος ὡραῖος eſt thalamus in quem maturae aetatis virgo introducitur, ita γάμος ὡραῖος nuptiae ſunt, quae maturis puellis contingere ſolent. Specioſa tamen eſt et a *Muſgravio* probata conjectura *Reiskii*

Ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίαν γάμων.

h. ἐις ὥραν γάμου ut eſt in *Heraclid.* v. 579. Confer *Moſchopulum* Π C. p. 78. ὡραία γάμων. παρ' Ἀττικοῖς, ἣν ὁι ἄλλοι Ἕλληνες ἐν ἀκμῇ γάμου λέγουσιν. Eadem fere docet *Moeris Atticiſta.* p. 426. ubi vide *I. Pierſon.* — Ἀγλαΐαν ὥρας *Pindarus* dixit, ni fallor, in Fragmento ab *Athenaeo* ſervato L. XIII. p. 573. (*Collectio Fragm. Pind.* p. 12, 13.) quod hoc loco emaculemus:

Πολύ-

Πολύξενοι νεάνιδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
ΔΙΑ ΤΕ ΤΑϹ ΧΕΙΡΑϹ λιβάνου ξανθὰ δάκρυα
ΤΕ ΗΜΙΝ ΠΟΛΛΑΚΙϹ ματέρας ἐρώτων
'ΟΥΡΑΝΙΑΝ ΙΠΤΑΜΕΝΑΙ ΝΟΗΜΑΤΙ
ΠΟΤΤΑΝ 'Αφροδίταν ὑμῖν ἄνωθεν 'ΑΠΑΓΟΡΙΑϹ
ἔπορεν.

Certam hujus tam corrupti loci emendationem a melioribus tantum Codicibus expectare licet. Interea, quid ingenio praeſtari poſſit, periclitabimur. Verſu tertio fortaſſe ſcribendum:

ϹΤΑΖΕΤ' 'ΕϹΧΑΡΑΙϹ λιβάνου ξανθὰ δάκρυα.

στάζειν δάκρυα ſenſu proprio dixit *Euripides. Iphig.* in *Aul.* 1467. et *Heracl. Fur.* 1355. "Οὐτ' ἀπ' ὀμμάτων ἔσταξα πηγάς. — "Εσχαρα autem de ara paſſim occurrit. v. *Euſtath.* in Od. B. p. 265. 41. *Barneſ.* ad *Heraclid.* 128. *Alberti* ad *Heſych.* V. — In ſequentibus corrigo

ΤΙΜΑΝ ΤΕ ΜΑΚΙϹΤΑΝ ματέρι ἐρώτων
'ΟΥΡΑΝΙΩι ΝΙΠΤΑΜΕΝΑΙ ΝΑΜΑΤΙ
ΠΟΤΑΓΕΤ' 'Αφροδίτᾳ 'ΑΓ' ὑμῖν ἄνωθεν
'ΑΓΛΑΙΑΝ 'ΩΡΑϹ ἔπορεν.

Summis honoribus colite matrem amorum Venerem, quae vobis juventutis ſplendorem tribuit. Verba ὀυρανίῳ νιπτάμεναι νάματι ad vulgarem uſum ante ſacrificium lavandi ſpectant. *Homer.* Ιλ. Π. 230. Ιλ. Ζ. 276.

χερσὶ δ' 'ΑΝΙΠΤΟΙϹΙΝ Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
"Αζομαι.

Conf. *Euſtath.* p. 501. 25. — ὀυρανίῳ νάματι *rore coeli.* ut *Pindar.* Ol. XI.

ἐστιν δ' ὀυρανίων ὑδάτων ὀμβρίων.

Sophocles Oedip. Colon. 623. Θάλλει δ' ὀυρανίαις ὑπ' ἄχναις. — Νίπτρα ποταμίας δρόσου ſimili ratione dixit *Euripides* in *Helena.* 1400. — Verba ἀγλαΐαν ὥρας denique

 firmari

firmari poſſunt ex Epigr. *Noſſidis* IV. Anal. Vet. Poe. T. I. p. 491. ubi *Polyarchis* meretrix Veneri ſignum dedicaſſe dicitur

ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν
Κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας.

Macedon Epigr. XVI.

οὐκ ἀπὸ πήγης
Ἀγλαΐη μελέων ἕλκεται ἀενάου.

V. 14. Τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο. In eo enim vatis munus continebatur. Sequitur Noſter *Homerum*. Ιλ. A. 69.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος
ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Virgil. Georg. IV. 392.

Novit namque omnia Vates
Quae ſint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.

Acceptum ferebat Theonoe hoc munus Nereo, — προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα. Hoc ſenſu verbum τιμὰς legimus in *Electra*. 992. Dioſcuri

— βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες.

Hercules Fur. v. 845. — Vide *Valkenaerium* de hac voce diſputantem ad *Hipp.* p. 778. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 285.

V. 19. Κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος. Mihi ſatisfacit vulgata lectio, quam *Reiskius* in μόρφωμ' ἀπ' ὄρνιθος mutatam voluit. Illum pluralis numerus in μορφώματα offendiſſe videtur. Haud ſatis idonea de cauſa cum iſtud et aliis poetis et *Euripidi* perquam familiare ſit, ut plurali pro ſingulari utantur numero. Non magis tentanda eſt vulgata lectio in *Hercule Fur.* v. 825.

Ἑνὸς

Ἑνὸς δ' ἐπ' ἀνδρὸς σώματα στρατεύομεν.

ubi idem *Reiskius:* σῶμα συστράτευομεν, *Scaliger* autem: -δώματα tentavit. Simpliciſſimum eſſet: σῶμ' ἐπιστρατεύομεν. Sed nihil opus. *Sophocl. Philoct.* v. 35.

'Αυτόξυλόν τ' ἔκπωμα φαυλούργου τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός,

V. 21. Ἐι λόγος σαφής. *Si vera eſt et ſincera haec narratio. Schol. Sophocl.* in *Oedipo C.* 623. Ἐι ὁ Διὸς Φοῖβος σαφής. ἀντὶ τοῦ ἀληθής. v. *Vauvillieres* ad h. l. et *Abreſch. Dilucid. Thucyd. Auct.* p. 349. — In proximis vera eſt procul dubio antiquarum editionum lectio

ἐι καλὸν τὸ δυστυχές.

ubi *Barneſius* edidit: ὅ, τι καλὸν τὸ δυστυχές. vertens: *Quod autem eſt formoſum id ſaepe mortalibus eſt infeſtum.* In qua phraſi articulus nulla ratione ſtare potuiſſet; neque τὸ pro τοῦτο accipere Atticorum uſus patitur. — Dictum eſt ἐι καλὸν τὸ δυστυχὲς ut in *Oreſte.* v. 17. Ἀτρέως δὲ — ὁ κλεινὸς, ἐι δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἔφυ. et in *Sophocl. Trachin.* 26.

τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς Ἀγώνεος καλῶς
Ἐι δὴ καλῶς.

V. 24. Ἰδαῖον ἐις κευθμῶνα. De antro ad Idam fere mediam ubi Paris Dearum litem diremiſſe dicebatur, vide T. *Hemſterhuis.* ad *Lucian.* T. I. p. 252. *Diodor. Sicul.* XVI. p. 565. C.

V. 29. Λιπὼν δὲ βούσταθμ' Ἰδαῖος Πάρις. *Coluthus* de R. H. v. 5.

Δεῦτε θέμιστοπόλοι νοήματα μηλοβοτῆρος
Ἕσπετέ μοι κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποτάμοιο
Ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀηθέα πόντον ἐλαύνων.

ubi fortaſſe corrigendum:

Ἐξ ὀρέων ὅποτ᾽ ἦλθεν ἀηθέα πόντον ἐλαύνων.

V. 48. Ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεω λέχος. Vt ἀκήρατον λέχος in *Oreſte*. 574. et *Troad.* 6 0.

Ἀκήρατον δέ μ᾽ ἐκ πατρὸς λαβὼν δόμων.

quare *Timaeus* in Gloſſ. Plat. Ἀκέραιοι. οἱ ἔξω κηρός. *Plato* de LL. VIII. p. 647. E. Μέχρι μὲν παιδογονίας ἠΐθεοι καὶ ἀκήρατοι γάμων τε ἁγνοὶ ζῶσιν. Menda levandus *Suidas*. V. Ἀκέραιος. ὁλόκληρος Ἀκεραίοις δὲ καὶ οὐ προσδεχομένοις ἐπιγενόμενοι τῆς γῆς ἐκράτουν. Legendum videtur. Ἀκέραιοι δὲ καὶ οὐ προσδεχομένοις — *Cum ipſi integris viribus eſſent illosque improviſo adgreſſi eſſent, terra potiti ſunt.*

V. 52. ψυχαὶ δὲ πολλαὶ — ἔθανον. *Homerum* imitatur — πολλὰς δ᾽ ἰφθίμων ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν, Ἡρώων. — Pro σκαμανδρίοις eſt σκαμανδρίαις apud *Ariſtophan.* in *Theſmoph.* 871. ubi totus hic verſus legitur. At σκαμανδρίοις ἀκταῖσιν iterum legitur in noſtra Tragoedia v. 615. — Mox verbis

ἡ δὲ πάντα ΤΛΑΣ᾽ ἐγὼ
κατάρατός εἰμι καὶ δοκῶ προδοῦσ᾽ ἐμὸν
πόσιν.

leve mendum inhaeret. *Euripides* enim ſcripſiſſe videtur:

ἡ δὲ πάντ᾽ ἈΓΝΩΣ ἐγὼ
κατάρατός εἰμι.

Ego autem omnium ignara, et innocens adeo, omnibus tamen execranda videor. Huc pertinet gloſſa *Heſychii*: Ἀγνὸς. (L. ἀγνώς. v. *Interpp.*) καθαρός. ἢ ἄγνωστος. *Sophocles* Oedip. C. 547.

καὶ γὰρ ἈΓΝΩΣ ἐφόνευσα κἀπώλεσα.
Νόμῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις εἰς τόδ᾽ ἦλθον.

Lucian.

Lucian. de Dea Syria. T. III. p. 465. Ὁ μὲν ὧδε ἌΓΝΩC ἐὼν ἐδέετο. — In hunc ſenſum Helena, v. 277.

πρῶτον μὲν, ait, οὐκ οὖσ' ἄδικός, εἰμι δυσκλεής.

V. 67. θηρᾷ γαμεῖν με. Sic iterum v. 552. Ὅς με θηρᾶται λαβεῖν. Frequentiùs accuſativo ſequente verbum θηρᾷν uſurpant. conſ. *Dorville* in *Charit.* p. 539. ed. Lipſ.

V. 75. Τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πέτρα. Inde χεὶρ εὔστοχος *manus quae telum in ſcopum recte dirigit.* in *Hercul. Fur.* v. 195.

Ὅσοι δὲ τόξοις χεῖρ' ἔχουσιν εὔστοχον.

Eodem ſenſu uſurpat verbum εὔστοχος *Aeſchyl.* in Choeph. v. 692. Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη. cf. *Abreſch.* in *Aeſch.* L. II. p. 457. De translata ſignificatione verbi εὔστοχος vide *Dorville* ad *Char.* p. 408. Lipſ.

CAPVT X.

Euripidis *Helena bis leviter caſtigatur.* Νοῦς ὁρᾷ. *κλέος κακὸν infamia.* Προξενεῖν. Ioni *Tragico medela allata.* καταβάλλεσθαι *et* ἀναβάλλεσθαι *de muſico qui cantui praeludit.*

V. 118. Σκοπεῖτε μὴ δόκησιν εἴχετ' ἐκ θεῶν. Similiter dubitans Admetus in *Alceſte.* v. 1130.

Ὅρα γε, inquit, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.

In verbis: Αὐτοῖς γὰρ ὄσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ. Poeta reſpexit nobiliſſimam *Epicharmi* ſententiam: Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. de qua vide *L. Küſter.* ad *Ariſtophan. Plut.* 48. et *T. Hemſterh.* ibid. p. 27. Comparat *Abreſch.* in *Animadd. in Aeſch.* L. II. p. 494. Aeſchyleum; οὔτοι Φρέ-

να κλέψειαν ὠμματωμένην. Eodem redit hoc *Sophoclis* in *Oedipo T.* 389.

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τάτ' ὄμματ' εἶ.

In verſu Euripideo infeliciter *Reiskius*

— εἶδον ἦν καὶ νοῦς ὁρᾷ.

tentavit. *Quam nunc imaginatione et cogitatione praeſentem habeo.* Scribendum potius, ſi quid mutandum:

αὐτοῖς ἅγ' ὅσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ.

V. 124. Κακὸν τόδ' εἶπας οἷς κακὸν λέγεις. Animadvertendum, poſteriora verba — ὅις κακὸν λέγεις ab Helena ea mente adjici, ut ne ſe Teucro luctu ſuo prodat. — In proximo verſu particula Ὡς male vertitur, *quia*, cum potius ex Atticorum uſu abundare videatur. Vide *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 394.

V. 134. Οὔπω νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος. Vere Euripideum eſt, quod *Muſgravius* emendavit:

Ἡπού νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος.

κλέος, verbum ambiguae ſignificationis, ſaepius apud noſtrum recurrit; Vnde καλὸν κλέος in *Hecuba* 1225. *Photius* in Lexico Mſc. ad *Heſychium* laudatus V. Κλέος. Τὴν φαύλην δόξαν. Ἀριστοφάνης. *Euſtath.* in *Homeri* Od. A. p. 56. 28. Κλέος γὰρ παρ' Ὁμήρῳ ἡ φήμη. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἡ τιμὴ ἐαν προςθήκην ὁ λόγος λάβῃ τινα· ὅιον κλέος ἐσθλόν.

V. 142. Ὀυ διπλᾶ χρήζω στένειν. *Hecuba* 518. Διπλᾶ με χρήζεις δάκρυα κερδᾶναι. et in hac Tragoedia v. 776. δὶς δὲ λυπηθείμεν ἄν. — Verba

Τὴν θεσπιῳδὸν Θεονόην χρήζων ἰδεῖν
Συμπροξένησον, ὡς τύχω μαντευμάτων.

leviter corrupta videntur. Legendum, ni fallor:

Σὺ προξένησον,

Tu

Tu me ad illam ducas. Προξενεῖν enim proprie de iis dicebatur, qui civitatis nomine peregrinos hoſpitio excipiebant; inter quos maxime memorabiles ſunt πρόξενοι, qui Delphis hoſpitibus excipiendis publice conſtituti erant Vide *Barneſium* ad Ion. v. 1039. Deinde hoc verbum ad eos transfertur, qui quamlibet rem aliorum nomine agunt et procurant. Docte de hac et aliis affinis ſignificationis vocibus diſputavit *Valken.* ad *Ammon.* p. 202. et *Giſb. Koen.* in *Gregor. de Dial.* p. 259. *Spanheim* in *Ariſtoph. Ran.* v. 460. *Interpp. Heſychii.* V.

V. 146. Νεὼς οὔριον πτερόν. Vela ſignificari hoc loco contendit *Dorville ad Charit.* p. 262. Lipſ. *Euſtath.* in Ιλ. A. p. 105. Τὸ δὲ ἱστία λευκὰ πέτασαν δηλοῖ μὲν τὸ ἀνεπέτασαν καὶ ἥπλωσαν, ἀρχὴ δὲ γέγονε τοῦ πτερὰ νηὸς καὶ τὰ ἱστία λέγεσθαι. In aliis locis τὰ πτερὰ τῆς νηὸς ſunt *remi*; unde πτεροῦν τὴν ναῦν κώπαις *navem remis inſtruere.* ap. *Euſtath. de Iſm. et Iſm.* VIII. 277. — Verbum οὔριον reſtituendum, ni fallor, *Ioni Tragico* ap. *Athen.* L. X. p. 426. Περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ χίου φησὶν ὅτι ʼΟΥΡΙΟΝ ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλῶν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους. Vulgo legitur: ὅτι ʼΕΥΡΩΝ ὁ μάντις Παλαμήδης, κ. τ. λ.

V. 163. Ὦ μεγάλων ἀχέων καταβαλλομένα μέγαν οἶκτον. Varie tentarunt *Muſgravius* et *Reiskius* hunc locum, qui mihi quidem minime ſollicitandus videtur. Καταβάλλεσθαι uſurpatur ut ἀναβάλλεσθαι de eo, qui cantui praeludit. Vid. *Valken.* ad *Theocrit.* VI. 20. *T. Hemſterh.* ad *Thom. M.* p. 65. *Interpp. Heſych.* V. ἀνεβάλλετο. *Callimachus* ap. *Schol. Pind.* Nem. II. 5.

Ἀρσινόης, ὦ ξεῖνε, γάμον καταβάλλομ᾽ ἀείδειν.

Mox

Mox *ποῖον ἀμιλλαθῶ γόον* eſſe videtur: *quod lamentationum genus adgrediar?* Pro: *ἐις ποῖον γόον ἁ.* quaſi *magno niſu in luctum lamentationemque contendere.* Vide *Abreſch.* in *Auct. Diluc. Thuc.* p. 356. — Noſter in *Oreſte* v. 957.

Ὡς ἐις στεναγμοὺς καὶ γόους δραμουμένη.

CAPVT XI.

Sirenes in luctus ſocietatem advocatae tumulisque impoſitae. Earum inſtrumenta tibia et lyra. Euripidis *Helenae plures maculae eluuntur. Πένθιμα et πάθεα confuſa,* Aeſchylus *tentatur. ἀινῶν pro αἰών.*

V. 166. Helena, cum a Teucro audiviſſet, Trojam quidem Graecorum copiis expugnatam eſſe, Menelaum autem Spartam nondum rediiſſe, perſuadet ſibi, maritum fluctibus obrutum et ſubmerſum mortalem conditionem exuiſſe. A tanta igitur ſpe dejecta, totque per annos nutrita, fore aliquando, ut in patriam rediret, flebilem cantilenam inſtituit. Cui pietatis officio cum ſe unam vix parem eſſe ſentiat, tantus animi dolor, tantus luctus eſt! Sirenum auxilium implorat, quarum cantus *ad mulcendas aures natus* (*Ovid. Metam.* V. 560.) et ad molliores potiſſimum animi affectiones excitandas aptiſſimus exiſtimabatur. Quam ob cauſam mortuorum tumuli Sirenum ſimulacris ornari ſolebant, ut conſtat vel ex *Mnaſalcae* Epigr. XII. *Anal. Vet. Poet.* T. I. p. 193.

Καδδέ σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν ἆιδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες σειρήνων ἕσταμες ἐιδάλιμοι.

Similis

Similis ratio eſt v. 1119. ubi Chorus Luſciniam in luctus ſocietatem advocat. —

> Πτερόφοροι νεανίδες
> παρθένοι, χθονὸς κόραι
> Σειρῆνες.

Sirenas (quas *volucres Sirenas* vocat *Claudianus.* de R. P. III. 190.) ab antiquis alatas eſſe fictas docet praeter *Porphyrium de Abſtin.* III. 16, quem locum jam *Brodaeus* excitavit, *Euſtath.* in Od. M. p. 471. 11. 17. *Pauſan.* IX. 34. p. 778. ubi Iunonis ſignum, *Pythodori Thebani* opus, Sirenas manu tenuiſſe narratur; cujus rei ſignificationem nunc quidem ignoramus. Cur volucres factae ſint tradit *Hyginus* Fab. CXLI. et paulo aliter *Ovid. Metam.* V. 552. — Quod autem *Terrae filiae* ab *Euripide* vocantur, id forſitan intelligi poteſt ex allegorica quamvis inepta interpretatione fabulae de *Sirenibus*, quam *Euſtathius* tradidit l. c. p. 47. 3. Τόπους ἔφασαν εἶναι συνεχὲς ἀνίοντας πνεῦμα γῆθεν ἀναφυσώμενον, ᾧ προςτεθέντες ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων αὐλοί τινες μέλος ἀπετέλουν τοὺς παροδεύοντας ἐπαγόμενον. — In proximis verbis prava diſtinctione ſenſus prorſus obſcuratur:

> — εἶθ' ἐμοῖς
> Μόλοιτ', ἔχουσαι τὸν λίβυν
> Λωτὸν ἢ συρίγγας, αἰλίνοις κακοῖς
> Τοῖς ἐμοῖσι.

Scabra oratio. Manifeſtum autem eſſe videtur, majoris diſtinctionis notam poſt κακοῖς ponendam eſſe. Sed vide totum verſum

> Σειρῆνες εἶθ' ἐμοῖς

Qui verſus eſt jambicus dimeter brachycatalecticus, cui reſpondet in Antiſtrophe

> Φοινίκας ἁλίῳ πέπλους.

jambi-

jambicus dimeter acatalecticus. Metrum in toto hoc Chori carmine inſigniter violatum. Vide tamen an emendari poſſit

Σειρῆνες εἶθ' ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς

"Αιλινα κακὰ *mala* dicuntur *digna*, *quae* ἀιλίνῳ *carmine defleantur*. *Euſtath.* in Ιλ. Γ. p. 1223. 8. Λίνος δὲ καὶ "Αιλινος ἔν τε πένθεσι καὶ ἐπ' ἐυτυχεῖ μολπῇ κατ' 'Ευριπίδην. ex *Athenaeo*. L. XIV. p. 619. qui *Euripidem* in Hercule Fur. 348. reſpicit. — Quae inſtrumenta *Euripides* Sirenibus tribuit

— ἔχουσαι τὸν λίβυν
Λωτὸν ἢ συρίγγας.

eadem in luctu funebri adhiberi ſolebant; unde magis etiam apparet, qua de cauſa Sirenas potiſſimum in luctus ſocietatem advocaverit. *Servius* ad *Virgil.* Aen. V. 863. *Harum* (Sirenum) *una voce*, *altera tibia*, *alia lyra canebat.* Vnde quis ſuſpicari poſſit *Euripidem* dediſſe

— ἔχουσαι τὸν Λίβυν
Λωτὸν Φόρμιγγά τε —

Iunguntur haec inſtrumenta cum alibi tum ap. *Alcaeum Meſſenium.* Epigr. X. Anal. Vet. Poet. T. I. p. 489.

Λωτοὶ δ' ὀι κλάζοντες ἴσον Φόρμιγγι μελιχρὸν
ὦπασαν ἐξ ἀέθλων ὀυ στέφος ἀλλ' ἀίδαν.

Tibia ab uſu quem in funeribus habebat *funebris* vocabatur. *Tibiae funebres*, *Feſtus* ait, *cum quibus in funere canitur.* In *Euripidis* tamen loco temere aliquid mutari nolim, cum in ejusmodi rebus ſumma ſit poetarum diverſitas. Iunguntur λίβυς λωτὸς, κίθαρα et σύριγγες apud *Euripid.* in Iphig. in Aul. 1036. ſqq.

Quum autem omnia haec, planctus lugentium tibiarumque cantus, in hororem cum ipſius defuncti tum Deorum, quibus Orcus gubernatur, fieri ſoleant, Helena ipſam

ipſam Proſerpinam invocat, ut doceat modos, qui triſti huic pietatis officio ſatis conveniant:

τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα
πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα
μουσεῖα δὲ θρηνήμασι ξυνῳδὰ
πέμψειε Φερσέφασσα.

Euripides, ſi quid video, haec fere dicere voluit: Ipſa Proſerpina efficiat, precor, ut hic meus, quem paro, luctus, hae lacrymae, haec carmina, quam maxime triſtia, ideoque inferis Diis quam acceptiſſima ſint. Sed neque hic neque alius ſanus ſenſus vulgatae lectionis verbis erui poteſt. Primum enim quid ſibi velint voces

πέμψειε πάθεσι πάθεα.

equidem non perſpicio, cum ineptum ſit, Helenam, plurimis malis tantum non obrutam, nova ſibi, quae reliquis accedant, precari infortunia. Deinde vero verba μέλεσι μέλεα minus adhuc reliquis conveniunt. Iam igitur affirmare auſim hos verſus ut plurimos hujus Chori, inquinatiſſimos eſſe et medicam implorare manum. Fortaſſe legendum:

Τοῖς ἐμοῖς σύνοχα δάκρυα
πάθεσι, ΠΕΝΘΙΜΑ Τ'ΑΧΕCΙ μέλεα,
μουσεῖά ΤΕ θρηνήμασα ξυνῳδὰ
πέμψειε Φερσέφασσα.

Ita, ni fallor, omnia ſatis bene cohaerent. *Det mihi Proſerpina perennes lacrymarum fontes, quibus mala deplorem mea; concedat doloribus triſtia carmina cantusque, lacrymis* h. e. *calamitatibus reſpondentes meis.* Recte junguntur δάκρυα et πένθιμα μέλεα ut in Ione. 676.

Ὁρῶ δάκρυα μὲν καὶ ΠΕΝΘΙΜΟΥC ἄλλας
γε στεναγμῶν ΈΙCΒΟΛΑC.

Phoeniſſ. 1078.

Λῆξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.

 Ξυνῳδὰ

Ξυνῳδὰ *convenientia, reſpondentia.* Medea. 1008.
Τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.

V. 184. Chorus graecarum mulierum, quum ad maris litora veſtimentis ad ſolem explicandis occupatus, Helenae luctum lamentationesque accepiſſet, accurrit, tanti doloris cauſam propius auditurus:

> φοινίκας ἁλίῳ πέπλους
> αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις
> θάλπουσ' ἀμφί τ' ἐν δόνακος ἔρνεσιν,
> ἔνθεν οἰκτρὸν 'ANEBOACEN
> Ὅμαδον ἔκλυον ἄλυρον ἔλεγον
> Ὅτι πότ' ἔλακεν αἰάγμασι στενοῦσα
> Νύμφα τις — —

Poſt ἀνεβόασεν antiquae editiones easque ſecutus *Barneſius* majorem diſtinctionem poſuerunt, nullo, quem equidem perſpiciam, ſenſu. Pauci erunt, puto, quibus latini Interpretis ſatisfaciat explicatio: *Inde miſerabiliter quaedam vox reſonuit.* Quomodo enim ἀναβοᾶν *reſonare* audit? Aut unde *vocis* notionem arceſſit Interpres? Subjecto igitur manifeſto caret verbum ἀνεβόασεν, cum in verſu ſequenti ipſe Chorus ſubjecti locum teneat: ἔκλυον ὅμαδον. Sed nihil ſani in hac lectione, quae fortaſſe ita emendanda eſt:

> ἔνθεν οἰκτρὰν 'ANABOACIN,
> Ὅμαδον ἔκλυον ἄλυρον ἔλεγον.

In v. ἀναβόησιν atticam formam animadverte, cujus mentionem fecit *Gregorius* de Dial. §. XIV. p. 21. vide *Gisb. Koen.* — Senſus igitur hic eſt: *Ibi tum ego funeſtum clamorem, flebilemque audivi ſtrepitum.* — Quae ſequuntur non ſaniora ſunt, imo multo corruptiora, ita ut veram Tragici manum conjectura reſtitui poſſe deſperandum ſit. In his tamen rebus quae probabilitate nituntur unicuique,

quae

quae conjecerit ſive hariolatus fuerit, in publicum proferre licet. Videamus igitur totum locum:

> — — οἷα Ναῒς
> Ὄρεσι ΦΥΓΑΔΑ ΓΑΜΟΝ Ἱ-
> ΕΙCΑ ΓΟΕΡΟΝ· ΥΠΟ ΔΕ
> πέτρινα μύχαλα, γύαλα
> Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους.

Pro voce non graeca μύχαλα *Canterus* et *Scaliger* μύχατα repoſuerunt. Πανὸς autem unde pendeat dubitatur. Si enim antiquas editiones et *Reiskium* audimus, γάμους Πανὸς jungenda ſunt, quam rationem poetarum uſus ni fallor reſpuit; Panem enim fugere, non advocare ſolent Nymphae. *Barneſii* igitur interpretationem ſequimur, qui γύαλα Πανὸς, *montes*, ſive *antra Panis* explicat. Tota autem imago a Naide ducta videtur, quae maritum per montes et ſylvas quaeritat, easque illius nomen reſonare docet; quomodo Daphnidis uxor, quae et ipſa Nympha fuit, feciſſe vulgo apud paſtores tradebatur. Hic ſenſus ut *Euripidi* reſtituatur, emendandum ſuſpicor:

> — — οἷα Ναῒς
> Ὄρεσι ΦΥΓΑΔ' ἈΝΔΡΑ ΔΙ-
> ΖΕΙCΑ, ΓΟΕΡΑ' Δ' ὈΠΙ ΔΙΑ
> πέτρινα μύχατα, γύαλα
> Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους,

Ceu Nais quae fugitivum ſequuta virum, flebili voce inter rupes, Panis ſedes, virum revocat. Φυγάδα, alios forſitan amores perſequentem. Confer *Theocrit.* Eid. I. 83. ubi Nais

> πᾶσαν ἀνὰ κράναν πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
> ζατεῦσα.

Bion. in Adon. 23. Venus

'Οξὺ δὲ κωκύουσα δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται
Ἀσσύριον βοῶσα πόσιν.

Διζεῖσα autem ſcribatur an διζοῦσα parum intereſt. Prius tamen propius abeſt a vulgata ἰεῖσα et rarior eſt forma, cujus mentionem facit *Euſtath.* in Odyſſ. p. 746. 28. — Γύαλον *quaecunque cauitas. antrum* ap. *Sophocl.* in Phil. 1078. Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον. Delphi, in convallibus poſiti, γύαλα Φοίβου vocantur in Phoeniſſ. 244. et Ione. 245. οὗ (ſic lege) πάντες ἄλλοι γύαλα λεύσσοντες θεοῦ. Panis autem et Nympharum plurima antra fuerunt, (v. *Barneſ.* ad Ion. 492.) quorum nobiliſſimum *antrum Corycium*, de quo vide *Pauſan.* X. p. 878.

V. 225. Διά τε πολέας ἔρχεται
βάξις ἅ σε βαρβάροισι·
λέχεσι, πότνια, παραδίδωσιν.

Per multos vero populos vadit fama. Latini interpretis verba. Vidit *Reiskius* minime graece dictum eſſe διὰ πολέας eo quo accepit interpres ſenſu; quare ipſe πόλεος legit, *Pharum* intelligens. Cur non ſcribamus potius:

διά τε πόλιας ἔρχεται βάξις.

Per omnes Graeciae urbes fama volat, te etc. — Mox verſu 232. malim

— τίς οὖν φρυγῶν
Ἢ τίς Ἑλλανίας ἀπὸ χθονός —

V. 246. Ἡ δὲ χρυσέοις θρόνοις
Διὸς ὑπαγκάλισμα —

Legendum fortaſſe:

Ἡ δ' ἐν χρυσέοις θρόνοις

In ὑπαγκάλισμα eſt abſtractum pro concreto. Vide *Caſaub.* ad *Athen.* I. I. c. 9. *Muſgravius* ad Iphig. T. 395. *Brunk.* ad Philoct. 927. — Troades. 752.

ὦ

ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον.

Eadem loquendi forma Atridae fratres σύμφυτος ἀλκὰ vocantur apud *Aeſchylum* in Agamemn. v. 104.

— ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
Πειθὼ μολπὰν
ἀλκὰν σύμφυτος αἰών·
ὅπως Ἀχαιῶν
δίθρονον κράτος κ. τ. λ.

quo de loco, *Schützius* V. Cl. praeclare egit, ut ſolet; eumque duplici ratione emendare adortus eſt; ut vel — ἀλκὰν σύμφυτον ἄδων vel, quod et in textum recepit

ἀλκᾷ σύμφυτος αἰὲν

legatur. Explicat hoc de *fiducia* (πειθὼ) quam ſenes ex enarrando prodigio capiebant, quaeque illis *canendi facultatem* (ἀλκὰν) inſpirabat. Quae explicatio cum aliquid duri habeat, vel praeferendam puto priorem conjecturam, vel ſcribendum eſſe ſuſpicor:

ἀλκὰν σύμφυτον ΑΙΝΕΙΝ

quo admiſſo nulla difficultas relinquitur. Infinitivus αἰνεῖν a καταπνείει ſive potius ab omiſſo ὥστε pendet: *Suadela enim divinitus miſſa cantum inſpirat nobis, ut fraternum imperatorum celebremus robur.*

CAPVT XII.

Euripides *aliquoties emendatur.* Ἀλειφθῆναι *et* δεηθῆναι *confuſa in Fragmento* Nicoſtrati. λόγῳ θνήσκειν.

V. 270. Εἶθ' ἐξαλειφθεῖσ' ὡς ἄγαλμ' — *Euripides* in Peleo. ap. *Stob.* S. XCIII. p. 377. Grot.

 Τὸν

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς
ὃν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός.

De translata verbi ἐξαλείφειν ſignificatione diſputarunt *Weſſeling* ad *Diod. Sicul.* L. I. p. 207. *Abreſch.* in *Animadverſ. in Aeſch.* L. II. p. 438. *Heſych.* V. Ἐξαλείφθησαν· ἀπώλοντο. — Recte mihi videor reſtituiſſe verbum ἀλείφειν *Nicoſtrato* ap. *Ioannem Stob.* Serm. LXXII. p. 443. Vbi inter alia de mulierum vita et veſtitu praecepta hoc quoque legitur: Πόῤῥω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ ΔΕΗΘΗΝΑΙ γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ὑπ' ὀφθαλμῷ ὑπογραφῇ καὶ ἄλλου χρώματος ζωγραφοῦντος καὶ ἀφανίζοντος τὰς ὄψεις. Pro voce corrupta δεηθῆναι *Geſnerus* δευθῆναι conjicit. Rectius fortaſſe: καὶ τοῦ ἈΛΕΙΦΘΗΝΑΙ γυνὴ ὑγιαίνουσα. Id enim turpe habebatur. „Ἀλείφεσθαι proprium voluptariorum et mollium. Χρίεσθαι etiam ſobriis interdum et ex virtute viventibus convenit. *Clemens Alex.* Paedag. L. II. Διαφέρει δ' ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίεσθαι. Το μὲν γὰρ θηλυθριῶδες, τὸ δὲ χρίεσθαι τῷ μύρῳ καὶ λυσιτελεῖ ἔσθ' ὅτε.“ Verba ſunt *Iſaaci Caſauboni* ad *Athen.* L. XV. 12. p. 975. B. Adde *Perictyon.* ap. *Stob.* S. LXXXIII. p. 486. 1. οὐδ' ἀλείψεται ἀραβίης ὀδμῆς ἐμπνέοντα οὐδὲ χρίσεται πρόσωπου λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς κ. τ. λ. — Vnguenta et oculorum fucum conjungit *Charit.* L. I. c. 5. Κόμην εἶχε λιπαρὰν καὶ βοστρύχους μύρων ἀποπνέοντες, ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους. ubi vide *Dorville* p. 231. Lipſ.

V. 284. Ἄγκυρα ΔΗ ΜΟΥ τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη
πόσιν πόθ' ἥξειν καί μ' ἀπαλλάξαι κακῶν
Οὗτος ΤΕΘΝΗΚΕΝ, οὗτος οὐκ ἔτ' ἐστι δή.]

Mihi extra omnem dubitationem poſita videtur Scaligeri correctio — ἄγκυρα δ' ἥ μου τ. τ. ο. μ. Sed alia quoque opus eſſe videtur emendatione

ἄγκυρα

ἄγκυρα Δ' Ἢ ΜΟΥ τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη,
πόσιν πόθ' ἥξειν καί μ' ἀπαλλάξαι κακῶν
ὄντος ΒΕΒΗΚΕΝ, ὄντος οὐκ ἔτ' ἔστι δή.

Sic idem verbum βέβηκεν et Menelao convenit et ancorae. — Eandem imaginem habemus in Hecuba. v. 79.

ὦ χθόνιοι θεοὶ
σώσατε παῖδ' ἐμὸν
Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν
Τὴν χιονώδη Θρήκην κατέχει

ubi prorſus inutilis eſt et ſenſui poetico contraria *Reiskii* conjectura: ἄγκυρ' ἄτ' ἐμῶν. *Heſych.* Ἄγκυραι. μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Eadem fere *Suidas* tradidit.

V. 292. Ἀλλὰ πάντ' ἔχουσα δυστυχῆ
τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς Δ' ΕΡΓΟΙΣΙΝ οὔ.

Vanum mihi videtur diſcrimen, quod inter πράγματα et ἔργα ponit *Musgravius*. Τοῖς πράγμασι τεθνηκέναι dicuntur ii, qui omnibus perditis ita vivunt, ut eorum vita ne vita quidem eſſe videatur, differantque parum ab iis, qui humanam conditionem penitus exuerunt. Ejusmodi tamen homines revera mortuos dicere ineptum eſſet. Vide igitur an Tragicus ſcripſerit:

Τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς ΛΟΓΟΙΣΙ Δ' ΟΥ.

Quod vitae meae rationem attinet, tanta ſunt infortunia, tantae calamitates meae, ut mortua videri poſſim; viva tamen adhuc feror hominum ſermonibus. Λόγοι et ἔργα ſive πράγματα ſibi invicem opponuntur. cf. *Bergler* ad *Alciphr.* L. I. IX. p. 37. — V. 722. 3. hujus Tragoediae

Σὺ γάρ πόσις τε σὸς πόνων μετέσχετε
Σὺ μὲν ΛΟΓΟΙΣΙ, ὁ δὲ δορὸς προθυμίᾳ.

h. ἔργοις. — Contrariam ſententiam exhibet *Sophocles* in Electra. v. 59.

 Τί

Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ᾽, ὅταν ΛΟΓΩι θανὼν
Ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος.

V. 310. βάθος κακῶν. Plura in hunc modum dicta congeſſit *Lennep.* in *Notis ad Phalar.* p. ϛ. et 26. Adde *Sophocl.* Aj. 130. ubi tamen ambigua lectio. Cf. *Abreſch. ad Aeſch.* L. I. p. 242.

V. 316. Χο. Πολλ᾽ ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη.
Ἐλ. Καὶ τἄμπαλίν γε ΤΩΝ ΔΙ᾽ ἈΛΗΘΕΙΑΣ σαφῆ.

Hos verſus gravibus laborare vulneribus manifeſtum eſt. Non tamen cum *Musgravio* legam:

πόλλ᾽ ἂν γένοιντο παιδιᾶ ψευστῶν ἔπη.

quod nimis longe quaeſitum eſt, ſed leniori mutatione:

πόλλ᾽ ἂν γένοιντο καὶ διὰ ψεύδων ἔπη.

h. e. ψευδῶς. *Nomina cum praepoſitione διὰ conſtructa cognatorum adverbiorum vicem plurima ſuſtinent et in ea reſolvi debent. Euripid. Hec.* 379. διὰ σπουδῆς. *Feſtinc. Bacch.* 208. δι᾽ εὐπετείας. *facile.* Verba ſunt *Brunkii* V. Ill. ad Bacch. v. 433. p. 402. — Alter autem verſus gravius afflictus eſt; forſitan legendum:

Καὶ τἄμπαλίν γε ΠΟΛΛ᾽ ἈΛΗΘΗ καὶ σαφῆ.

Πολλὰ mihi quidem ad virtutem orationis augendam plane neceſſarium eſſe videtur. *Contra autem multa vere et ſincere narrantur.*

V. 318. Εἰς συμφορὰν — φέρει. Sic legam potius cum vetuſtioribus editionibus quam φέρῃ. V. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 428. *G. Koen.* in *Greg.* D. D. p. 49. — Ad ſententiam confer *Sophocl.* Oedip. T. 917.

ἀλλ᾽ ἔστι τοῦ λέγοντος ἢν φόβους λέγῃ.

Caput

CAPVT XIII.

In Euripide καταχθεὶς pro καταχθόνιος tentatur. Μύχος χθόνιος. Ἄδωρα δῶρα *Helenae redditur.* βάλλειν *pro* ἐπιβάλλειν, Πλαγαὶ *et* παγαὶ *confuſa.*

V. 345. Μὴ πρόμαντις ἀλγέων
Προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους,

Haec mihi non ſatis bene procedere videntur. Fortaſſe legendum:

μὴ προμάντεις ἀλγέων
προλάμβαν', ὦ φίλα, γόους.

Luctus, qui re nondum cognita movetur, recte πρόμαντις vocari poteſt, cum eum antiqui pro malo omine habere ſolerent. *Sophocles* Electra. 475.

εἶσιν ἁ πρόμαντις Δίκα.

ubi *Scholiaſt.* Ἀφίξεται ὅσον οὔπω ἡ τὴν μαντείαν προπέμψασα διὰ τῶν ὀνείρων. Noſter in Andromach. 1073.

πρόμαντις θυμὸς ὥς τι προσδοκῶν.

V. 347. Helena inter ſpem metumque fluctuantem animum his verbis declarat;

Τί μοι πόσις μέλεος ἔτλα
πότερα δέρκεται φάος
Τέθριππα δ' ἀελίου
ἐς κέλευθά τ' ἀστέρων Ἢ νέκυσι ΚΑΤΑ ΧΘΟΝΟC
τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν;

Senſus horum verborum nemini quidem obſcurus eſſe poteſt, cum poeta primam ſententiae partem ſatis luculenter extulerit. In altera tamen parte ſcabra oratio. Primum enim νέκυσι non habet unde pendeat, neque dubitari poteſt, quin corrigendum ſit

Ἢ 'ν νέκυσι

Deinde vero parum veriſimile eſt poetam poſt verba κατὰ

χθονὸς ſcripſiſſe τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν, quod et per ſe parum placet. Vt tautologia liberemus elegantiſſimum Tragicum, fortaſſe corrigendum eſt:

Ἤ 'Ν νέκυσι ΚΑΤΑΧΘΕΙΣ
τὸν χθόνιον ἔχει ΜΥΧΟΝ.

Iunge ἐν νέκυσι ἔχει τὸν χθόνιον μυχὸν, καταχθεὶς εἰς αὐτούς, ſive ἐν νέκυσι καταχθεὶς ſolemni praepoſitionum εἰς et ἐν permutatione dictum eſt. *Delatus, devectus ad inferos.* Τὸν χθόνιον ἔχει μυχὸν ut in Hercul. Fur. 37.

τοὐμοῦ γὰρ ὄντος παιδὸς ἐν μυχοῖς χθονός.

Ib. v. 607. Ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἅδου Κόρης τ' ἐνερθεν. *Sophocl.* Ajax. 572. Μέχρις ἂν μύχους κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ. — Ἔχει μυχὸν vero ut v. 1133. Πολλοὶ Ἀχαιῶν — ἀΐδαν μέλεον ἔχουσι. *Sophocl.* Electr. 180.

Ὁ τὰν Κρίσαν βούνομον ἔχων ἀκτὰν
παῖς Ἀγαμεμνονίδας.

V. 365. Ἰὼ Τροία τάλαινα
Δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι μέλεά τ' ἔτλας.
ΤΑ Δ' ἘΜΑ δῶρα Κύπρις ἔτεκε
πολὺ μὲν αἷμα, πολὺ δὲ δάκρυον
ἄχεά τ' ἄχεσιν, δάκρυα δάκρυσιν
ἘΛΑΒΕ ΠΑΘΕΑ.

Locus undique obſeptus et impeditus. Videamus primum latini interpretis verba: *O Troja infelix propter facta infecta peris et ſuſtinuiſti miſera, mea enim propter dona Venus peperit multum ſanguinis, multas lacrymas et dolores ſuper dolores, lacrymas ſuper lacrymas. Accepit clades Ilium.* Fecit ille quod potuit. In τὰ ἐμὰ ut vides intellexit διὰ, quam praepoſitionem nonnunquam a poetis omitti minime ignoro, an in hoc loco omiſerit *Euripides*, dubito. Deinde ἔλαβε non habet quo referatur; nam quod ſubjectum Interpres adjecit, illud ex ſua penu deprompſit.

promplit. — Qualis tandem oratio ex tam crebra ſubjectorum permutatione exiſtit, cum primum Troja appelletur, mox Venus, et tandem ad Trojam recurratur? Certe ἔτεκε non tentandum cum *Reiskio*. Τίκτειν ἆιμα ut μέλη τίκτειν in Suppl. 180.

Τὸν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλος
χαίροντα τίκτειν.

ubi *Marklandus* contulit *Ariſtophan.* in Ran. 1091. — Videſis an oratio ſic melius procedat:

Ἰὼ Τροία τάλαινα
Δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι, μέλεια τ' ἔτλας,
ΔΙ' ἈΔΩΡΑ δῶρα Κύπρις ἔτεκε
πολὺ μὲν ἆιμα πολὺ δὲ δάκρυον
ἄχεά τ' ἄχεσιν, δάκρυα δάκρυσιν
ἘΒΑΛ' ἘΠΑΧΘΕΑ.

Vt poeta verbis: δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι raptum indicat, quem Paris ſibi feciſſe videbatur, ita imaginem, (ἔιδωλον ἔμπνουν v. 34.) quam idem pro vera Helena dono acceperat, δῶρον ἄδωρον vocare poteſt, quandoquidem Venus iſto tam pernicioſo dono, cum ipſi Paridi tum omnibus Trojanis infortunium paraverat. Ἄδωρα δῶρα Ajax vocat *hoſtium dona, quae eis qui accipiunt, malum inferre ſolent,* in Tragoedia, nomine ejus inſcripta, v. 674.

ἔχθρων ἈΔΩΡΑ ΔΩΡΑ. κοὐκ ὀνήσιμα.

quae *Incertus Auctor* Epigr. CCCLXXXIX. in Anal. Vet. Poet. T. III. p. 203. ſic interpretatur:

Πέμπεται ἐξ ἐχθρῶν ὄυτως αὐτοκτόνα δῶρα.

Simili oxymoro Helena v. 696. nuptias ſuas γάμον ἄγαμον appellat. et v. 889. ψευδονύμφευτον γάμον. — Quae ſequuntur

ἔβαλ' ἐπάχθεα

proxime a vulgata lectione abſunt. Sexcenties enim in Codd. verba λαβεῖν et βαλλεῖν permutantur. V. *Dorville*

ad

ad Char. p. 318. Lipſ. . . Noſtram conjecturam firmat praeterea. *Sophocl.* in Phil. v. 67.

λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.

V. 375. Helena, calamitatibus Trojae, Veneris dolo expugnatae, deſcriptis deploratisque, oculos ſuos in patriam convertit et Graeciam ſub virginis, parentes, fratres cognatosque lugentis imagine ſibi fingit;

Βοὰν βοὰν δ' Ἑλλὰς
Κελάδησε κ' ἀνωτότυξεν
ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν
Ὄνυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
Ἔδευσε φονίαισι ΠΛΑΓΑΙΣ.

Vltima haec parum concinne elata. Sana eſſet procul dubio et omnibus numeris abſoluta oratio, ſi ſcriptum exſtaret: ὀνύχων — πλαγαῖς. Vulgatam autem lectionem tam terſo politoque poeta plane indignam judico. Tantum enim abeſt, ut ſimiles locos, ubi φονίαις πλαγαῖς occurrit, morer, ut eos potius corruptelae, quae huic loco inſidet, anſam dediſſe arbitrer. *Euripidem* autem ſcripſiſſe ſuſpicor:

Ὄνυχι δ' ἁπαλόχροα γένυν
Ἔδευσε φονίαισι ΠΑΓΑΙΣ.

haec enim vox verbo ἔδευσε optime reſpondet. *Euripid.* Alc. 181.

— πᾶν δὲ δέμνιον
ὀφθαλμοτέγκτῳ ΔΕΥΕΤΟ ΠΛΗΜΥΡΡΙΔΙ.

Aeſchylus Prom. v. 401.

παρειὰν νοτίοις ἜΤΕΓΞΕ ΠΑΓΑΙΣ.

Hercul. F. 98. Καὶ δακρυῤῥόους τέκνων πηγὰς ἀφαίρει.

Sophocl.

Sophocl. Trach. 852. Ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. Antig. 813. Ἴσχειν δ' οὐκέτι πηγὰς δύναμαι δακρύων. *Incertus* ap. *Stobae.* p. 164. Grot. Μυριαῖς παγαῖς δακρύων Ἀχέρων ἀχέων τε βρύει.

CAPVT XIV.

Deſperatus in Helena locus tentatur. Calliſto in urſam mutata. Ὄμμα periphraſi inſervit. Νοστεῖν pro ire ſimpliciter Μαλθακόν τι ἐνδιδόναι.

V. 380. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε
Καλλιστοῖ, Διὸς ἃ λεχέων ἐπέ-
βας, τετραβάμοσι γυίοις
ὡς πολὺ ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον.
Ἁ ΜΟΡΦΑ ΘΗΡΑΝ λάχνᾳ γυίων
Ὄμματι ΛΑΒΡΩι ϹΧΗΜΑ ΛΕΑΙΝΗϹ
ἐξαλλάξασ' ἄχεα λύπης.

Helena, cum a Teucro audiviſſet, Ledam, filiae dedecus aegre ferentem, mortem ſuapte manu intuliſſe ſibi, (v. 135) eam omnium mulierum miſerrimam praedicat et ipſa Calliſto infeliciorem, quae, in urſam mutata, dolorem ſimul cum praeteritarum rerum memoria exuerit. In verbis autem, quibus iſta exponuntur, primum hoc nos tenet, quod Calliſto in leaenam mutata dicitur, cum omnes eam mythographi urſae ſpeciem induiſſe ferant. V. locos vett. a *Barneſio* excitatos ad h. l. et a *Heynio* V. Ill. *in Notis ad Apollodor.* Vol. II. p. 667. ſq. — Leaenam autem pro Vrſa poſitam eſſe parum veriſimiliter a *Barneſio* conji-

conjicitur. — Deinde verba, σχῆμα λεαίνης ἐξαλλάξασα, quam ſignificationem habere poſſunt, niſi hanc: *Tu quae mutaſti ſpeciem leaenae?* An ἐξαλλάττειν forſitan *mutatione accipere*, *aliam ſpeciem induere* audit? Equidem hujus ſignificationis exempla deſidero. — Vnde tandem verba ἄχεα λύπης pendere dicamus? — Fortaſſe igitur legendum

> 'ΑΜΟΡΦΑ ΘΗΡΙΩΝ λάχνᾳ γυίων
> "Ομματί Τ' 'ΑΡΚΤΟΥ ΠΗΜ' 'ΑΛΕΕΙΝΕΙC
> 'Εξαλλάξασ' ἄχεα ΛΥΠΗΡΑ.

Pro θηρᾶν alii θηρῶν legunt, quod conjecturam noſtram, θηρίων, paululum fulcit. Senſum, quem poeta reddere voluit, hic eſt: In urſam mutata mala devitas tua triſtesque dolores depuliſti. Hoc lyrice extulit: *Deformata villis ferinorum membrorum ſub urſae ſpecie* etc. — Vt hic ἀμορφὰ λάχνη ſic in Hecuba v. 240. de Vlyſſe

> Οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες 'Ιλίου κατάσκοπος
> ΔΥΣΧΛΑΙΝΙΑι Τ' 'ΑΜΟΡΦΟΣ.

Λάχνη de urſi villis proprie dicitur. *Oppian.* Cyneg. II. v. 139. "Αρκτοι —

> λάχνην μὲν πυκινὴν δυσπάιπαλον ἀμφιέσαντο.

Euſtath. in Ιλ. B. p. 252. 14. λάχνη γὰρ ἡ τρίχωσις, ὡς ἐπὶ 'ΑΡΚΤΩΝ καὶ ἀλωπέκων καὶ τῶν τοιούτων — "Ομματι ἄρκτου vero eſt *ſub ſpecie urſae*; quo ſenſu V. ὄμμα periphraſi ſaepiſſime inſervit. Sic "Ομμα πελείας ap. *Sophocl.* in Aj. 139. Trachin. 233.

> — — ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
> φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα.

Eurip. Oreſte. 1386. "Ιλιον ὀλόμενον Διὰ τὸ τᾶς ὀρνιθογόνου ὄμμα — Δυσελένας. Et recte legitur in eadem Tragoedia v. 1082.

> ὦ ποθεινὸν ὄμμα ὁμιλίας ἐμῆς.

Πῆμα

Πῆμα ἀλεείνειν vero ut θυμὸν ἀλεείνειν ap. *Homer.* Od. N. 148. h. ἐκφεύγειν ut interpretatur *Euſtathius* in Ιλ. Π. p. 1055. 48. et κῆρα ἀλύσκων in Odyſſ. X. 363. — Recte tandem conjunximus Ἐξαλλάξασ' ἄχεα ut Λύπαν ἐξαλλάξετε v. 1360. hujus Tragoediae.

V. 399. Κλεινὸν ζυγόν. Sic par filiorum *Oedipi* ξυνωρὶς vocatur in Phoeniſſ. 1633.

— ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς.

V. *Weſſeling.* Obſſ. I. c. XXVII *Valken.* in Phoen. p. 115. Ζεῦγος de duabus puellis dixit *Cercides* ap. *Athenaeum.* XII. p. 554. E.

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις,

Dorville in Charit. L. VIII. p. 597. Lipſ. — Mox v. 404. veriſſima mihi videtur *Reiskii* emendatio

χ᾽ οἱ τοὺς μὲν οὖν ἔτ' ὄντας ἀριθμῆσαι πάρα.

pro eo quod vulgo legitur: τοὺς μὲν οὐκ ἔτ' ὄντας. Paucitatem eorum Menelaus indicare voluit, qui belli et maris pericula effugerant. Ἀριθμῆσαι πάρα eſt ἀριθμητοί εἰσι. *Heſychius.* ἀριθμητά. τὰ ὀλίγα. ubi v. Interpp.

V. 445. Αὐλείοις πύλαις. *Theocrit.* XXIX. 39. *Euſtath.* Ιλ. X. p. 1353. 29. *Pollux.* IX. 5. 50. *Valken.* in Adoniaz. v. 43. *Dorville in Char.* p. 217. — Ὄχλον παρέξεις. *Importunus eris.* Cf. *Pierſon in Moer. Att.* p. 290.

V. 448. Haec Menelai verba leviter corrupta videntur. Certe ad ancillae verba parum quadrat, quod Menelaus reſpondet:

Ὦ γραῖα ταῦτα πάντ' ἔπη καλῶς λέγεις.

fortaſſe: κακῶς λέγεις. Sed ne certi quid pronuntiemus vetat proximi verſus obſcuritas. V. 470. inſerenda forſitan conjunctio

— τάς

— τὰς δ' ἐμὰς στένω τύχας.

V. 478. Τιν' εἶπας μῦθον; αὖθίς μοι φράσον. ut *Ariſtophan.* in Theſm. v. 6.

— πῶς λέγεις; αὖθις φράσον.

Attigit haec *Valken.* in Phoeniſſ. v. 922. p. 340. Vbi in *Aeſchyli* Choeph. 765. corrigit: Πῶς φῄς; λέγ' αὖθις.

V. 581. δεῦρο νοστήσασα. Verum eſt quod ait *Barneſius* ex hoc loco uſum τοῦ νοστεῖν pro ἔρχεσθαι manifeſtum eſſe. V. 435. Μόνος δὲ νοστῶ. *Ariſtophan.* Acharn. v. 29. — Et νόστος pro *via.* ut in *Sophocl.* Philoct. v. 43. Ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν. ubi *Scholiaſt.* Ἐπὶ φορβῆς ὁδόν. cf. *Brunk.* V. CL.

V. 515. Ἦν δ' ἐνδιδῷ τι μαλθακὸν, τὰ πρόςφορα
τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς αἰτήσομαι.

Ἐνδιδόναι τι μαλθακόν h. l. *humanum ſe mitemque vel minus aſperum et ferocem praebere*, ut explicat *L. Küſter.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 488. Deſumta metaphora a muſicis, qui poſt aſperum ſonum leniter tibias inflant; quo ſenſu haec locutio paſſim ap. *Plutarchum* occurrit. — Ceterum recte emendaſſe videtur *Reiskius*

— τὰ πρόςφορα
ταῖς νῦν παρούσαις συμφοραῖς αἰτήσομαι.

Ariſtoph. Veſp. 805. Σοφόν γε τουτὶ καὶ γέροντι πρόσφορον: — Praeclara eſt ejusdem emendatio ſequentis verſus

κακῶν δὲ φημὶ πανέσχατον τοῖς ἀθλίοις

(fortaſſe: φημί γ' ἔσχατον τ. α.) pro eo quod vulgo legitur: κακῶν δέ θ' ἡμῖν ἔσχατον τ. α.

CAPVT

CAPVT XV.

Sophoclis *Fragmentum corrigitur.* Μελαμβαθῆς *pro* μελαμβαφῆς. Euripidis *Helena bis leviter caſtigatur.* Στέλλειν κώπας. Σεμνὸς *de omnibus rebus, quae ad Deos resque divinas pertinent. Servi ingenua indole.*

V. 525. Μελαμφαὲς οἴχεται δι' ἔρεβος. *Sophocles* in Polyx. apud *Stob.* in Eclog. Phyſ. L. I. p. 129. ed. Cant.

Ἀκτὰς ἀπαιῶνάς τε καὶ μελαμφαεῖς
λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος.

ut hunc locum emendavimus in *Specimine Emend.* p. 16. Μελαμφαεῖς et aliis in mentem venit et adſtrui poteſt cum ex hoc *Euripidis* loco tum ex *Carcino* ap. *Diodor.* IV. p. 334. 70.

Δῦναι γαίας εἰς μελαμφαεῖς μύχους.

Attamen cum vulgo, μελαμβαφεῖς, legatur, fieri potuit quoque, ut *Sophocles* ſcripſerit

Ἀκτὰς ἀπαιῶνάς τε καὶ ΜΕΛΑΜΒΑΘΕΙC

Cui emendationi favet *Aeſchyl.* Prom. v. 219.

– Ταρτάρου ΜΕΛΑΜΒΑΘΗC
Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον.

V. 548. Οὔτι που κρυπτεύομαι. Ad hunc locum reſpexiſſe videtur *Heſychius.* Κρυπτεύομαι. ἐνεδρεύομαι. V. *Abreſch* in *Obſſ. Miſc. Nov.* T. I. p. 87. — Ἀσέπτου παιδὸς *impii filii.* *Sophocl.* Oed. T. v. 890.

καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων.

Antigone. 1350. χρὴ δὲ τάγ' ἐς θεοὺς Μηδὲν ἀσεπτεῖν. *Heſych.* ἄσεπτον. ἀσεβές. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις. — Mox: Οὐχ ὡς δρομαία πῶλος ἢ βάκχη θεοῦ. *velociſſime.* Optimam hanc *Musgravii* explicationem confirmat *Homer.* Ιλ. X, 460.

μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση.
et Hymnus in Cer. v. 386. Ἡ δὲ ἰδοῦσα
Ἤϊξ' ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης.
ubi vide doctam *Mitſcherlichii* V. Cl. notam. p. 201. ſqq. —

V. 553. Diu eſt quod videram ὄρεγμα pro ὄρυγμα legendum eſſe. *Muſgravii* Codd. hanc emendationem confirmant. Ὄρεγμα δεινὸν ἁμιλλᾶσθαι dictum fere ut in Hecuba. v. 66.

— σπεύσω βραδύπουν
Ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

V. 584. Σκέψαι τί σου δεῖ· τίς ἐστι σοῦ σοφώτερος.
Audacem conjecturam, qua hunc locum tentare conatus ſum, haeſitabundus profero. In locis autem tam graviter afflictis nil niſi hariolari licet. Accedat igitur reliquorum conjecturis et mea qualiscunque ſuſpicio:

Σκέψαι· τίς εἴδους πίστις ἂν σαφέστερος;
Adſpice me; nihil enim eſt quod verbis meis majorem fidem facere queat quam ipſa mea ſpecies.

V. 658. Ἔχεις, ἐγώ τέ σ'. Parallelismus membrorum requirere videtur, ut legatur:

Ἔχεις μ', ἐγώ τέ σ'.

V. 672. Ουκ ἐπὶ λέκτρον βαρβάρου νεανία
πετομένας κώπας
ΠΕΤΟΜΕΝΟΥ Δ' ἔρωτος ἀθλίων γάμων.
Haec ita abrupta ſunt ut *Euripidis* ſermonem et elegantiam vix agnoſcas. Verbum deſideramus, quod ex praecedentibus nullum elici poteſt. Mihi in mentem venit:

οὐκ ἐπὶ λέκτρον βαρβάρου νεανία
πετόμενας κώπας
ΣΤΕΙΛΑΜΕΝ ΔΙ' ἔρωτος ἀδίκων γάμων.

Nunquam

Nunquam ad barbari juvenis torum, cupidine infamis conjugii ducta volantes direxi remos. Helena. v. 146.

Ὅπη νεὼς ΣΤΕΙΛΑΙΜ' ἂν οὔριον ΠΤΕΡΟΝ.

Troades. v. 180. Ἦ κατὰ πρύμνας ἤδη ναῦται Στέλλονται κινεῖν κώπας. ἀδίκων pro ἀθλίων in Codd. ſuis invenit *Muſgravius.* Vtrumque fortaſſe ortum ex ἀθίκτων γάμων. *conjugium illicitum, quod inire nefas.* ut χῶρος ἄθικτος ap *Sophocl.* in Oed. C 39. *de loco ſacro, quem accedere religio eſt.* λέκτρα ἄθικτα in Hipp. 652.

V. 682. Ὦ ΜΟΙ ἘΜΩΝ ΔΕΙΝΩΝ, λουτρῶν καὶ κρηνῶν

Ἵνα θεαὶ μορφὰν ἐφαίδρυναν·
ἔνθεν ἔμολε κρίσις.

Verba ὦ μοι ἐμῶν δεινῶν mihi admodum dura, neque locum ſuum tueri poſſe videntur inter λουτρῶν καὶ κρηνῶν. Quare ſuſpicatus ſum latere in illis epitheton, verſumque ita emendandum eſſe

Ὦ ΜΟΙ CEMNΩN ἘΚΕΊΝΩΝ λουτρῶν καὶ κρηνῶν

Fontes, quibus Deae, antequam ſe Paridi conſpiciendas darent, lavabantur, σεμνοὶ vocantur, ut omnia, quae ad Deos resque divinas pertinent. Sic σεμνὸς Καλλίχορος in Suppl. 392. Troad 214. Πηνειοῦ σεμνὰν χώραν. Medea. 69. σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ. Troad 205.

Ἢ Πειρήνας ὑδρευσομένα
Πρόσπολος οἰκτρὰ
τῶν σεμνῶν ὑδάτων ἔσομαι.

Si cui ἐκείνων nimis jejunum videatur, legat ille:

ὦ μοι σεμνῶν ἀνθεινῶν λουτρῶν καὶ κρηνῶν.

floribus nimirum *conſiti fontes.* Sic illuſtris in Attica fons fuit ἀνθινὸς vocatus, eadem de cauſa. v *Pauſan.* L. I. c. 39. p. 94.

V. 705. Ἐι καὶ τὰ λοιπὰ τῆς τύχης εὐδαίμονος Τύχοιτε.

Fortaſſe: Ἐι γὰρ τ. λ. Vide *Valkenar.* ad Phoen. v. 761. *Pierſon* ad *Moer.* p. 161. *Hogeveen.* de Part. Gr. p. 231. ed. *Schütz.*

V. 736. Τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον τὸν νοῦν δέ. *Sophocles* apud *Stob.* S. XL. p. 384.

Ἐι σῶμα δοῦλον ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.

Eurip. in Phryxo. ap. Stob. LXII.

Πόλλοισι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν ἡ δὲ φρὴν
τῶν οὐχὶ δούλων ἔσθ' ἐλευθερώτερα.

Comparavit haec loca *Villoiſon.* V. Cl. ad *Longum.* p. 271. Ἐγὼ δὲ σώματος μὲν ἐρῶ δούλου, κάλλους δὲ ἐλευθέρου. Vt autem ſervi quidam moris et indolis nobilitate ingenuis hominibus nihil cedunt, ita contra multi, a liberis parentibus nati, ſervorum indolem referunt. *Euripid.* in Alex. ap. *Stob.* Tit. LXII.

Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες ἀλλὰ τῇ φύσει κεκτημένοι.

ut hunc locum emendavimus L. I. c. VII. p. 21. harum Animadverſionum.

V. 794. Ὁ προςπόλου κλύω. Quamquam haud ignoro, Tragicos praeſenti pro praeterito tempore ſaepiſſime uti, hoc tamen loco ſcribi malim: ὁ προςπόλου 'κλύον. — Mox v. 812. *Euripides* forſitan ſcripſerat:

λιπών σ'; ὁ Τροίαν ἐξεπέρσας σὴν χάριν.

Tene ut relinquam, qui tua gratia Trojam everterim?

CAPVT XVI.

Πλέον νέμειν. Πρὸς cum genitivo officium indicat. Corruptiſſimus Euripidis *locus integritati reſtituitur. συνετοὺς λόγους ἐυρίσκειν. Duo Epigrammata emendantur. ἀνὰ βένθεα pro ἀπενθέα.* Μ᾽ Ἄναξ *pro* Μάκαρ.

V. 923. Ὄυκουν χρή σε συγγόνῳ πλέον
Νέμειν ματαίῳ μᾶλλον ἢ χρηστῷ πατρί.

Recte *Muſgravius* poſt *ματαίῳ* diſtinguit. Πλέον *νέμειν* enim pro uno verbo habendum eſt. Vide *Markland* in Suppl. p. 140. *Valken.* in *Diatr.* p. 77. C. Mox vulgatur:

Τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς
Τῷ δ᾽ ὀυ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις δίκην.

Haec procul dubio in mendo cubant. Quid enim, quaeſo, *δοῦναι δίκην* hoc loco ſignificare poteſt? Corrige ſodes:

τῶν δ᾽ ὀυ δικαίων συγγόνῳ δώσεις τυχεῖν.

Patris tui juſtitiam flocci faciens fratrem injuſtae lubidinis compotem facies. Vides quam facile *τυχεῖν* in *δίκην* permutari potuerit.

V. 955. Ὡς πρὸς ἀνδρὸς ἐυγενοῦς· Πρὸς ἀνδρός ἐστι, *viro convenit. Ariſtophan.* in Plut. v. 355. *τόδ᾽ ἂν δεδοικέναι*

πρὸς ἀνδρὸς ὀυδὲν ὑγιὲς ἐστ᾽ ἐιργασμένου.

Egerunt de hac virtute praepoſitionis *πρὸς*, qua *officium* indicat, *Brunk.* V. Ill. in *Indice Sophocl.* et *Abreſch. Animad. in Aeſch.* L. II. p. 319.

V. 1008. Ἔνεστι δ᾽ ἱερὸν τῆς Δίκης ἐμοὶ μέγα
Ἐν τῇ φύσει.

Hanc ſententiam ſaepius ſibi in ſcena auditam *Demoſthenes* in uſum ſuum transtulit. c. *Ariſtog.* I. p. 487. Καὶ Δίκης

γε -- καὶ Ἀιδοῦς ἔισιν ἅπασιν ἀνθρώποις βώμοι, ὅι μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγνώτατοι ἐν ἀυτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει.

V. 1038. Μενέλαε, πρὸς μὲν παρθένου σεσώσμεθα.
Τὀυνθένδε δὴ CE ΤΟΥC ΛΟΓΟΥC ΦΕΡΟΝ-
ΤΑ χρὴ
Κοινὴν συνάπτειν μηχανὴν σωτηρίας.

Λόγους Φέροντα quem ſenſum habere poſſit, non video. Legendum forte: περῶντα. h. περαίνοντα. Vide ad Suppl. 114. Verba ſunt *Musgravii.* In nota ad Supplices, ad quam nos remittit, nihil probatur, niſi περᾶν pro περαίνειν poni. Aeque fere obſcura eſt emendatio doctiſſimi viri, quam ipſa corrupta lectio; in qua me praeter verbum Φέροντα etiam articulus τοὺς offendit. *Euripides*, ni fallor, ſcripſerat:

Τοὐνθένδε δὴ CΥΝΕΤΟΥC ΛΟΓΟΥC C'ΕΥ-
ΡΟΝΤΑ χρή
Κοινὴν συνάπτειν μηχανὴν σωτηρίας.

Iphigen. in T. v. 1054.

Ἀλλ' ἀντίαζε καὶ ΛΟΓΟΥC πειστηρίους
ἙΥΡΙCΚΕ.

et in eadem Tragoedia v. 1032.

Δειναὶ γὰρ ἁι γυναῖκες ἑυρίσκειν τέχνας.

Error inde profluxit, quod in συνετοὺς praepoſitio συν per compendium ſcripta eſſet. Ex eadem obſervatione medela adhibenda eſt *Epigrammati Incerti Auctoris* CCCLXXIII. Anal. Vet. Poet. T. III. p. 229. in Pharum

Πύργος ἐγὼ ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
ἐιμὶ, Ποσειδάωνος ἈΠΕΝΘΕΑ πυρσὸν ἀνάπτων
καὶ με πεσεῖν μέλλοντα βαρυγδούποισιν ἀήταις
στῆσεν ἑοῖς καμάτοις Ἀμμώνιος.

Neque

Neque quid πυρσὸς ἀπενθὴς ſignificet, neque cur Ποσειδάωνος πυρσὸς appelletur, intelligi poteſt. Reſtituta praepoſitione, et litera π in cognatam literam β mutata, ita hos verſus corrigo:

Πύργος ἐγὼ ναύτησιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
εἰμὶ Ποσειδῶνος ʼΑΝΑ ΒΕΝΘΕΑ, πυρσὸν ἀνάπτων

In σ' ἐυρόντα autem primum σ' verbo adhaeſiſſe mox in Φ mutatum eſſe videtur. Simili modo pronomen proximo verſui adhaerens corruptelam progenuit in Epigrammate *Iuliani Aegyptii* LXVII. Anal. Vet. Poet. T. II. p. 509.

Πλούτων δέξο ΜΑΚΑΡ Δημόκριτον, ὥς κεν ἀνάσσων
αἰὲν ἀμειδήτων καὶ γελόωντα λάχοις.

Loquens, ni fallor, inducitur *Democritus*, et proinde emendandum:

Πλούτων δέξο Μ' ʼΑΝΑΞ, Δημόκριτον —

ʼΑναξ Pluto vocatur, ut reliqui Dii omnes. ʼΑναξ Πολυδέγμων in *Hymno Homerico* in Cerer. v. 17. Doctam vide *Mitſcherlichii* notam de hoc Deorum Dearumque titulo in *Commentario* ad hunc Hymnum v. 58. p. 132. ſqq. Vt hic *Democritus* ita apud *Leonidam Tarentinum Diogenes* loquens inducitur Epigr. LIX. ʼΑΐδεω λυπηρὲ διηκόνε — Δέξαι μ' — τὸν κύνα Διογένην.

CAPUT XVII.

Δίχεσθαι, aſſentiri, Euripidi *reſtituitur*. *χερὸς et χρόος confuſa*. *Iphigenia in Aulide tentatur*. *Helena bis corrigitur*.

V. 1056. Βούλει λέγεσθαι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν. Recte animadvertit *Muſgravius* λέγεσθαι et λόγῳ in eodem verſu non bene conſiſtere, neque non fieri poſſe quin alterutrum ſuperfluum ſit. Ipſius tamen ſagaciſſimi Viri conjectura tantum a vulgata ſcriptura abhorret, ut librarios tam grave in ſe facinus admiſiſſe, vix ſit credibile. Leniori itaque medela adhibita, ſic fortaſſe ſcribendum eſt:

Βούλει ΔΕΧΕϹΘΑΙ μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν.

Viſne admittere, ut mortuus dicaris (λόγῳ θανεῖν), *quum revera vivas?* Δέχεσθαι enim *aſſentiendi* vim habet, quam exemplis adſtruxit *Raphelius* ad 1. Corinth. c. II. v. 15. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* L. III. p. 30. — Ceterum ad λόγῳ θανεῖν confer *Sophocl.* in Electr. v. 59.

τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ' ὅταν λόγῳ θανὼν
ἔργοισι σωθῶ;

et v. 63. λόγῳ μάτην θνήσκοντας. — Mox quid κακὸς ὄρνις ſit, docuit *Euſtath.* in Iλ. XXIV. p. 1346. 44. *Scholiaſt.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 63.

V. 1094. Πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι. Excitat hunc verſum *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. L. I. 2. p. 5. — Sequentem verſum;

παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χρόος.

Varie et explicant et corrigunt. Dura mihi videtur *Muſgravii* conjectura — ἐμβαλῶ ῥέος. h. ῥεῦμα. Durior adhuc *Brunkii* explicatio qui παρῇδι χρόος pro χροῒ παρῇδος accipit. Videſis an corrigendum ſit:

παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ ΧΕΡΟϹ.

V. 1111.

V. 1111. Ἐι δ' ἦσθα μέτρια τἆλλά γ' ἡδίστη θεῶν
Πέφυκας ἀνθρώποισιν.

Similis locus eſt in Iphigenia in A. v. 554.

Εἴη δέ μοι μέτρια μὲν
χάρις πόθοι δ' ὅσιοι
καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας
πολλάν ἀποθείμαν.

in quibus verſibus aliquid deſidero quod opponatur τῷ πολλὰν (*immoderatum* v. *Valkenar.* in Hipp. p. 160. B.) Claudicare antitheſin latinum quoque interpretem non latuit, qui vertit: *et ſim particeps moderatae Veneris.* Suſpicor igitur hunc locum in mendo cubare et corrigendum eſſe:

καὶ μετέχοιμι ἠπίας Ἀφροδίτας

Euripides in Aeolo. Fr. X. Τύχοιμι δ' αὐτῆς (Veneris) ἡνίκ' ἔστιν εὐμενής.

V. 1114. Μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν. Voce μουσεῖον iterum ſic uſus eſt *Euripides* in Alcmena. Fragm. II.

Πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος
χελιδόνων μουσεῖα.

Ceterum totum hunc locum *Ariſtophanes* παρῳδεῖ in Avibus. v. 210. ſqq.

Λῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων
οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς
τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν
ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι
γένυος ξουθῆς.

V. 1117. Πριαμίδαις ἄγων
Λακεδαίμονος ἄπο
Λέχεα CEΘEN ΩC ΈΙΛΕ
Πάρις αἰνόγαμος.

 Cum

Cum ipſorum verborum obſcuritas tum metri ratio, verſum 1129. mendoſum eſſe evincit. Alii aliter tentant, equidem ſcribam:

Λακεδαίμονος ἄπο
Λέχεα CΥΘΕΙC 'ΕΛΕΝΑC

Cum Paris Lacedaemone profectus funeſtum Priamidis conjugium Helenae adduceret Iungo: συθεὶς ἀπὸ Λακεδαίμονος, ut in Ione. 787. ἐκ θεοῦ συθείς. et mox in noſtra Tragoedia v. 1145.

Ὅτε σύτο πατρίδος ἄπο —
ἐπὶ ναυσὶν ἄγων
εἴδωλον ἱερὸν Ἥρας.

V. 1457. Ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλήζῃ θεὸς
βλέψον πρὸς ἡμᾶς καὶ μετάστησον κακῶν.
'ΕΛΚΟΥCΙ δ' ἡμῖν πρὸς ΛΥΠΑΙC τὰς συμφορὰς
σπουδῇ σύναψαι.

Haec admodum obſcura ſunt. Quid enim haec ſibi volunt: *Auxilium, precor, adhibeas nobis, qui jam calamitates in dolore trahimus.* Scripſit Tragicus fortaſſis:

'ΕΛΘΟΥCΙ δ' ἡμῖν πρὸς ΛΥCΕΙC τῆς συμφορᾶς
σπουδῇ σύναψαι.

Cum jam ad finem malorum perveniſſe nobis videamus. Andromach. v. 901.

ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ πημάτων δοίης λύσιν.

Alceſtis. v. 211.

Ἰὼ Ζεῦς· τίς ἂν πῶς πόρος κακῶν
γένοιτο καὶ λύσις τύχας.

et λύσις ἄλγους apud *Maximum.* 265.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Euripidis *Ion ſaepius emendatur.* Ἀδελφῷ *et* δελφοὺς *permiſta.* Ἁγνοὶ *debent eſſe qui ad Deos accedunt.* Propertius *emaculatur. Caſtalides muſae.* Colutho *medela adhibetur. Hymnus Homericus et Fragmentum* Euphorionis *caſtigatur.* Λέχος. Ἄγγους κύτος. Πλεκὰς πλέκειν.

Ion. v. 29. Ὦ σύγγον' ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα
κλεινῶν Ἀθηνῶν, οἶσθα γὰρ θεᾶς πόλιν
λαβὼν βρέφος νεόγνον ἐκ κοίλης πέτρας
αὐτῷ σὺν ἄγγει, σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει
ἔνεγκ' ἈΔΕΛΦΩι τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

Quamvis non ignorem ſubſtantiva pronominum loco eleganter adhiberi, et proinde verbum ἀδελφῷ per μοὶ explicari poſſe, ſuſpicionem tamen de ſinceritate hujus lectionis excitant, quae adduntur τἀμὰ πρὸς χρηστήρια. Quis enim, quaeſo, ferat ſic loquentem: *Tolle infantem fratrique tuo* (pr. mihi) *transfer in templum meum.* Emendandum itaque ni fallor:

ἔνεγκε ΔΕΛΦΟΥC τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

et ſic *Argumenti Auctor*, qui ſic habet: Τὸ μὲν οὖν βρέφος ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν.

V. 86. Παρνήσιαδες δ' ἄβατοι κορυφαὶ
καταλαμπόμεναι τὴν ἡμέραν
ἉΨΙΔΑ ΒΡΟΤΟΙCΙ ΔΕΧΟΝΤΑΙ.

Pro ἡμέραν *Canterus* optime emendavit: ἡμερίαν. Sed haeremus in βροτοῖσι, quod quo referatur non habet. Mihi in mentem venit

— τὴν ἡμερίαν
ἉΨΙΔ' ἈΜΒΡΟΤΟΝ ΕΠΙΔΕΧΟΝΤΑΙ.

Diei expectant immortalem currum. — Paulo ante v. 83. elegantiſſime emendavit doctiſſimus *Matthiae*

ἅρματα

αρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων
ἥλιος ἤδη ΚΑΜΠΤΕΙ κατὰ γᾶν.

in Obſſ. Criticis. p. 22.

V. 98. Στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἈΓΑΘΟΝ
Φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσι
μαντεύεσθαι
γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν.

Quamvis in ejusmodi rebus *bona verba* latini dici praecipiunt, tamen vereor ut graece dicatur στόμα ἀγαθὸν; eo minus ferendum hoc loco quod ἀγαθὰς proximo verſus recurrit. Suſpicatus ſum reſtituendum eſſe Tragico verbum hac in re proprium ac ſolemne

Στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἉΓΝΟΝ ſ.
ἉΓΝΟΙ

Ἁγνοὶ enim eſſe debent quicunque Deorum templa accedunt, et manibus et mente et verbis. In hac ipſa fabula v. 243. ἁγνὰ λοξίου χρηστήρια habemus. et ἁγνὰ θύματα ap. *Sophocl.* in Trachin. v. 287. Ἁγνὸς τὰς φρένας *Euripides* dixit in Oreſt. 1642. — Idem fortaſſe verbum reſtituendum eſt Ioni v. 147.

χρυσέων δ' ἐκ τευχέων ῥίψω
ΓΑΙΑC παγὰν
ἃν ἀποχεύονται Κασταλίας
Δῖναι.

Fortaſſe;

ἉΓΝΑC παγὰν
ἃν ἀποχεύονται Κασταλίας δῖναι.

ut ſit: ἁγνᾶς Κασταλίας δ. *Eubulus* ap. *Athen.* L. XIII. p. 568. F.

Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας.

Mentione de fonte Caſtalio injecta conjecturam periclitabor de *Propertii* loco, in quem *Caſtalides Muſas* poſtliminii

jure

jure reſtituendas arbitror. Legitur L. II. El. X. 1. edit. *Burm.*

Non tot Achaemeniis armantur Suſa ſagittis
Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.
Hic me TAM GRACILES vetuit contemnere Muſas
Iuſſit et Aſcraeum SIC habitare nemus.

Lectio: *tam graciles — Muſas* mihi quidem mirum in modum elumbis eſſe videtur; quamvis ſatis bene interpretari poſſis de carmine *tenui et molli*, quod carminum genus *Propertium* ſequutum eſſe conſtat. Sic *Auctor Culicis.* v. 1.

Luſimus, Octavi, gracili modulante Thalia.

Ferri autem nequit vocula *tam* temere inculcata. Suſpicor itaque doctiſſimum poetam ſcripſiſſe:

Hic me CASTALIDES vetuit contemnere Muſas
Iuſſit et Aſcraeum HIC habitare nemus.

V. 136. φοῖβός μοι γενέτωρ πατήρ·
τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶ.
τόνδ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος
ὄνομα λέγω
ΦΟΙΒΟΥ ΤΟΥ κατὰ ναόν.

Non me expedio ex his verbis. Si φοίβου appoſitionis locum tenet, inepta emergit ſententia: *Illi qui mihi utilis eſt nomen impertio patris, Phoebi illius qui in templo eſt.* Nihil autem ineptius verbis τοῦ κατὰ ναόν. Quare dubitari nequit, ulcus in his verbis latere, forſitan ſic curandum:

τόνδ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος
ὄνομα λέγω
ΦΟΙΤΩ Γ' ΟΥ ΚΑΤΑ ΝΑΟΝ.

Illum autem, qui me nutrit, cujus in templo habito, patris impertio nomine.

V. 263.

V. 263. Ἰων. Ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστυ γεννχίων τ' ἄπο
τραφεῖσα πατέρων, ὥς σε θαυμάζω, γύναι.
Κρ. Τοσαῦτα· κεὐτυχοῦμεν, ὦ ξέν' ου πέρα.

Leve mendum in ultimo verſu haeret, quod diſtinctione ſublata et una literula paululum immutata ſic eximas:

τοσαῦτά γ' εὐτυχοῦμεν, ὦ ξέν', οὐ πέρα.

Similiter in Phoeniſſ. v. 1215.

ἔα τὰ λοιπὰ· δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς.

V. 353. Κρ. Καὶ παῖδά γ' ἔτεκε τῷ θεῷ λάθρα πάρος.
Ἰων. Οὐκ ΈCTIN· ἈΝΔΡΟC ἀδικίαν αἰσχύνεται.

Sic vulgo corrupte legitur. Fortaſſe legendum:

Οὐκ ἔστ'· Ὁ ΓΑΡ ΘΕΟC ἀδικίαν αἰσχύνεται.

Non eſt ut ais. Deus enim ab injuria purus. Hoc eſt quod *Plato* ait in *Theaeteto*: Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος.

V. 512. Ἰων. Ἐκλέποιπ' ἤδη τὸν ἱερὸν τρίποδα καὶ
χρηστήριον
Ξοῦθος, ἢ μίμνει κατ' οἶκον ἱστορῶν
ἀπαιδίαν.
Χο. EN ΔΟΜΟΙC ἘCT', ὦ ξέν', οὔπω δῶμ'
ὑπερβαίνει τόδε.

Mihi quidem parum elegans videtur haec ejusdem verbi in eodem verſu repetitio, praeſertim cum tam facili negotio evitari potuiſſet. Quare veriſimile eſt librariis haec deberi, et *Euripidem* dediſſe:

ἘΝΔΟΝ' ἘCT' ἘT', ὦ ξέν', οὔπω δῶμ'
ὑπερβαίνει τόδε.

Helena. 474.

πότερον ἐκτὸς ἢ 'ν δόμοις. Γρ. Οὐκ ἔνδον.

V. 825.

V. 825.

ἔστ' ἔνδον αὐτῷ ξύμμαχος ἴση θεῷ.

Eadem, ni fallor, medicina adferenda eſt verſui 622 hujus Tragoediae, ubi Ion miſeram tyrannidis conditionem adumbrat:

Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης
τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ Τ' ΑΝΔΟΝ 'ΕΙCΙ δὲ
Λυπηρά.

vulgo legitur:

τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ Τ'ΑΝ ΔΟΜΟΙCΙ δὲ

quae ſi vera eſt lectio *Euripidem* in metaphora fluctuaſſe fatendum eſt. Quod ipſam ſententiam attinet ea ſaepius ab antiquis repetitam invenias. *Sophocl.* Oedip. T. 592. ſqq. *Eurip.* Hipp. v. 1024. *Ciceronis* Offic L. III. 21. *Dionyſ. Hal.* A. R. IV. p. 237. 'Απεδίδουν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν ἀντὶ τῆς ἐπιφθόνου ταύτης καὶ πλείω τὰ λυπηρὰ τῶν ἡδίων ἐχούσης ἡγεμονίας. — Vox δόμοις eliminanda videtur quoque e *Colutho.* De R. H. v. 243.

"Ηδη Δ' 'ΑΓΧΙΔΟΜΟΙCΙΝ 'ΕΠ' 'Ατρείδαο μελάθροις
"Εστατο θεσπεσίῃσιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν.

Vbi vide quae *Lennep* diſputavit. Fortaſſe corrigendum:

"Ηδη Δ' 'ΑΓΧΙΜΟΛΟC 'ΙΚΕΤ' 'Ατρείδαο μελάθροις.

Vt hic verbum ἵκετο librariorum oſcitantia obliteratum eſt, ita cognatae ſignificationis verbum ἐσοιχνέσκειν corruptum videtur in *Hymno Homerico* in Mercurium. v. 3.

— ὃν τέκε Μαῖα
Νύμφη ἐϋπλόκαμος, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα,
αἰδοίη· μακάρων δὲ θεῶν ἠλεύαθ' ὅμιλον,
"Αντρον ἔσω ναίουσα παλίσκιον.

Sic vulgo legitur, uſu loquendi contrario. Facile quidem corrigi poſſit: ἄντρου ἔσω v. π. Sed graviori menda hunc verſum laborare exiſtimans, ſcribendum ſuſpicor "Αντρον

Ἄντρον ἐσοιχνέσκουσα παλίσκιον.

Odyſſe. Z. 157. Λευσσόντων τοιόνδε θάλος χόρον εἰσοιχνεῦσαν. Odyſſ. I. 120. Οὐδέ μιν εἰσοιχνεῦσι κυνηγέται. *Aeſchyl.* Prom. 120. ὁπόσοι

Τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσι.

V. 761. Οὐκ ἔστί σοι, δέσποιν᾽, ἐπ᾽ ἀγκάλαις λαβεῖν
τέκν᾽ οὐδὲ μαστῷ σῷ προσαρμόσαι ΤΑΔΕ

Non ſic ſcripſiſſe videtur *Euripides*, ſed potius

— οὐδὲ μαστῷ σῷ προσαρμόσαι ΠΟΤΕ

Memini hac opportunitate Fragmenti *Euphorionis* ap. *Stobaeum*. S. LXXVI. p. 451. *Geſn.* 333. *Grot.* quod medicam manum implorat:

Τέκνον μή σύ γε μητρὸς ἀπ᾽ ἀνθερεῶνας ἀμήσῃς
Ἡελίους ἥτις σὲ τριηκοσίους ἐφόρησα,
Τέκνον, ὑπὸ ζώνῃ, φοβερὰς δ᾽ ὠδῖνας ἀνέτλην
Εἰς φάος ἐρχομένου· λαρὸν ἐπὶ χείλεσι πρώτη
μαστὸν ἐπισχομένη· λευκῷ ΔΕ C' ΕΛΟΙCΑ
γάλακτι.

Geſnerus conjecit: σ᾽ ἔθρεψε. quod *Grotius* in textum recepit. Et certe ſic loquuntur poetae. *Euripides* in Troad. v. 754.

διακενῆς ἄρα
ἐν σπαργάνοις σὲ μαστὸς ἐξέθρεψ᾽ ὅδε.

Cum tamen haec emendatio longius abſit a vulgatae ſcripturae ductibus, quam ut librarios tam graviter aberraſſe veriſimile ſit, veram *Euphorionis* manum a *Geſnero* reſtitutam eſſe dubito. Tu mecum ſcribe:

λαρὸν δ᾽ ἐπὶ χείλεσι πρώτη
μαστὸν ἐπισχομένη λευκῷ C' ΕΠΛΗCΑ γά-
λακτι.

gemellum eſt hoc *Theocriti* Eid. XXIV. 3.

ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος.

In

In *Euphorionis* loco, γάλακτος legas an γάλακτι nihil intereſt. Verba enim copiam notantia utrumque caſum adſciſcunt, docente *Abreſchio* in *Animad. ad Aeſch.* L. II. p. 133.

V. 768. Πρ. Μήπω στενάξῃς.
Κρ. Ἀλλὰ πάρεισι γόοι
Πρ. Πρὶν ἂν μάθωμεν —
Κρ. Ἀγγελίαν ΤΙΝΑ ΜΟΙ.

Inepta lectio, quam miror D. D. V. V. minime ſuſpectam fuiſſe. Satis quidem commode latinus Interpres: *Quem nuntium mihi dicis expectandum?* Sed ejusmodi emblematibus nihil eſt quod explicari nequeat. Nos potius huic loco, criticam, qua indiget, adhibeamus opem. Corrigo:

Πρ. Πρὶν ἂν μάθωμεν —
Κρ. Ἀγγελίαν ΤΙΝ'; ΟΙΜΟΙ.

Voculam οἴμοι huic loco minime alienam, immo accommodatiſſimam eſſe, nemo facile dubitabit. Ne vero de metro timeas, verſus eſt Choriambicus dimeter catalecticus, qui Bacchium in clauſula requirit.

V. 930. Μετῆλθες ἄλλων πημάτων κακὰς ὁδούς. Iamdiu eſt, quod κοινὰς emendaveram, cum haec verba a librariis inter ſe permutari ſcirem. Nunc video, hanc conjecturam, ut plurimas alias, a *Muſgravio* occupatam eſſe. In verſu proximo

τί φῄς; τίνα ΛΟΓΟΝ Λοξίου κατηγορεῖς;

valde inclinat animus ut corrigam:

τί φῄς; τί ΛΕΧΟΣ Λοξίου κατηγορεῖς;

Quem concubitum? Quo ſenſu plus ſemel adhibuerunt Veteres V. λέχος *Pindarus* Pyth. Θ 63.

Ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων
κεῖρεν μελιηδέα ποίαν.

ubi bene *Scholiaſtes*: Δρέψαι τὴν παρθενίαν αὐτῆς. *Suidas* V. λέχος. συνουσία. κοίτη. μίξις.

V. 1231. Φανερὰ γὰρ, φανερά τάδ' ἤδη
σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων ΘΟΑΣ
ἐχίδνας στάγοσι μιγνυμένας ΦΟΝΩι.

In θοὰς, quod ſenſum impedit, Codices variant, quorum alii θοᾶς, alii χοὰς exhibent. Illud ineptum, hoc ad veram ſcripturam ducit. Suſpicor enim *Euripidem* ſcripſiſſe

σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων 'ΟΛΟΑΣ
ἐχίδνας στάγοσι μιγνυμένας ΦΟΝΙΟΙΣ.

Sic haec verba expeditum ſenſum habent. *Omnia jam aperta ſunt; pernicioſam libationem vini cum cruentis viperae guttis h. cum viperae ſanguine, eſſe commixtam.* In σπονδὰς ὀλοὰς poetarum animadverte uſum, qui nonnunquam epithetis utuntur, ex re ſubſequenti natis et derivatis. Ita, ut exemplum laudem, *Lentulus Gaet.* Epigr. VI.

Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτὲ πικρὴν
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ.

ubi Muſa nullam ob aliam cauſam πικρὴ vocatur, niſi quod Archilochus eam primus felle imbuiſſe dicitur. Alia exempla diligentibus antiquorum lectoribus ſponte occurrent.

V. 1297. Κρ. Τοῖς Αἰόλου δὲ πῶς μετῆν τῆς Παλλάδος;
Ἰων. Ὅπλοισιν αὐτήν, 'ΟΥ ΛΟΓΟΙΣ, ἐῤῥύσατο.

Haec, pro meo quidem ſenſu, perquam inficeta ſunt. Id enim ſimpliciter quaeritur, quo jure Xuthus Athenis regnet? Ad hanc quaeſtionem ſi ita reſpondet Ion, eum optimo jure regnare, quippe qui urbem ab hoſtibus liberaverit, optime reſpondet; male autem, ut mihi videtur,

ſi,

ſi Xuthum *non verbis* ſed armis pro Athenienſibus pugnaſſe ait. Quare *non verbis*? aut quorſum haec ſpectant? Valde ſane vereor, ne librariis putidum hoc emblema debeamus. Quid multa? *Euripides* ſcripſit

Ὅπλοισιν αὐτὴν, 'ΩC ΛΕΓΟΥC', ἐῤῥύσατο.

Recte, *ὡς λέγουσιν ut ferunt.* Nihil enim ejus ſcire poterat puer innocentiſſimus, niſi quod fama ad aures ſuas pervenerat.

V. 1337. Pythia, cum arculam, in qua Ionem invenerat expoſitum, quaeque reliqua recens natis infantibus addi ſolent *γνωρίσματα*, Creuſae conſpicienda dediſſet, illa tandem filium agnoſcit. Vulnere autem laborat verſus 1337. ubi Pythia ait

Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος ΧΕΡΟC ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς:

Ineptae lectionis ineptior etiam explicatio latini interpretis: *Vides hoc vas ſub meae manus ulnis?* Facili conjectura corrigo:

Ὁρᾷς τόδ' ΑΓΓΟΥC ΚΥΤΟC ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς.

Verſu 37. noſtrae Tragoediae

— πλεκτὸν ἔξαρας κύτος.

et propius adhuc ad noſtram emendationem in Cycl. v. 398.

τὸν μὲν λέβητος ἐις κύτος χαλκήλατον.

Alcman. ap. *Athen.* L. X. p. 416. C.

καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος.

Vide *Markland.* ad Suppl. p. 205. *Abreſch.* in *Aeſchyl.* L. II. p. 281.

V. 410. Παῦσαι πλέκουσα· λήψομαι Δ' ἐγὼ ΚΑΛΩC.
Fortaſſe corrigendum:

Παῦσαι πλέκουσα, λήψομαι C' ἐγὼ, ΠΛΟΚΑC.

Pro δ' emendandum eſſe σ', *Tyrrwhittus* vidit. Πλέκειν

κειν πλοκὰς vero ab uſu loquendi Euripideo nön abhorret. V. 825.

> — ὅδε δ' ἐψεύσατο
> πάλαι τρέφων τὸν παῖδα καὶ πλέκει πλοκὰς
> τοιάςδε.

Andromache. v. 66.

> ποίας μήχανας πλέκουσι νῦν;

CAPVT XIX.

Hercules Furens Euripidis *paſſim corrigitur. Σαίνειν et Φεύγειν confuſa. Orco nubere. Literae conjungendae a librariis male diſtrahuntur. Correctiones quaedam ex hoc fonte proponuntur.* Orpheo *ὁμαίμονος reſtituitur pro δαίμονες.* Platonis *Comici Fragmentum tentatur. Θυῖα παιστική. Duo Fragmenta* Aeſchyli *caſtigantur.* Ἰγμή. Pindarus *bis emendatur. σοφιστής.*

H*ercules Furens*. V. 298. Egregia eſt in Hercule Furente oratio Megarae, qua Amphitryonem, nihil ſibi niſi mortem relictum eſſe edocet. Quid enim? ait, Herculemne ab Inferis, unum e tot millibus, rediturum eſſe ſperas? Sed nemo unquam defunctorum e tenebris in lucem emerſit. Aut a generoſo Lyci animo expectas veniam mortis?

> Ἀλλ' ὡς λόγοισι τόνδ' μαλθάξαιμεν ἄν;
> Ἥκιστα ΦΕΥΓΕΙΝ σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών,
> σόφοισι δ' εἴκειν καὶ τεθραμμένοις καλῶς.

Medium horum verſuum *Barneſius* ſic explicat: *Minime opus eſt ineptum et ſtultum virum, quem nobis inimicum eſſe contigit, fugere; ſapienti vero et generoſi animi inimico cedere*

dere fas eſt. Sed *Fugimus* (φεύγομεν) hoſtem, quem timemus; ineptum vero (τὸν σκαιὸν) *ſpernimus*; ſapienti vel ultro *cedimus* (εἴκομεν) Quod cum perſpiceret *Reiskius*, emendari voluit: Ἥκιστα φρίττειν, ut ſit: *ſtultum adverſarium minime timere fas eſt.* Sed ne hoc quidem contextui ſatis aptum videtur. *Lycumne forſitan verbis aggrediamur commovere? At minime decet ſtultum inimicum timere* — Nullum hic video ſententiarum nexum, nec ulla eſt cognatio verborum μαλθάσσειν et φρίττειν. Quae cum ita ſint Euripidem ſcripſiſſe ſuſpicor:

Ἀλλ' ὡς λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν;
Ἥκιστα CAINEIN σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών,
σόφοισι δ' εἴκειν καὶ τεθραμμένοις καλῶς.

Haec eum in finem a Megara dicuntur ut deterreatur Amphitryon a vana ſpe, quam conceperat animo, fore ut Lycus verbis deliniri poſſit. Reſpondent ſibi invicem μαλθάσσειν *delinire* et σαίνειν *blandiri.*

V. 480. Secundi Actus initio Megara cum Herculis liberis in ſcenam prodiens, multa de puerorum ſorte, qui a ſumma ſpe dejecti ad miſerrimam mortem ducuntur, flebiliter profert. Iam, inquit, praeclaras circumſpiciebam nuptias, quibus ſummorum in omnibus terris regum affinitatem vobis pararem.

Καὶ ταῦτα φροῦδα· μεταβαλοῦσα δ' ἡ τύχη
νύμφας μὲν ὑμῖν κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν.

Niſi hoc per ellipſin explicandum eſt: pro iis, quas ſpe conceperam, virginibus κῆρας νύμφας ἔχειν ὑμῖν ἔδωκεν; levi forſitan mutatione legendum:

Νύμφων μὲν ὑμῖν κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν.

ut νύμφων pendeat ab ἀντέδωκε. Iphigen. in T. v. 28.

ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς.

 Orco

Orco ſive *morti nubere* dicuntur puellae, quae ante juſtas nuptias diem ſupremum obierunt. *Sophocl.* Antig. v. 814.

— ὄυτ' ἐπινυμφίδιος
πω μέ τις ὕμνος
ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.

Meleager Epigr. CXXV. Anal. V. P. T. I. p. 36.

Ου γάμον, ἀλλ' ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον Κλεα-
ρίστα
δεξατο, παρθενίας ἅμματα λυομένα.

Anyte Epigr. XVII. Anal. T. I. p. 200.

Ου γὰρ ἐμείναμεν ἅιμα τὸ δυσσεβὲς, ὀυδ'
ὑμέναιον
νύμφιον, ἀλλ' Ἀΐδην κηδέμον' ἐυρόμεθα.

cum quibus *Anytae* verſibus comparari poteſt quod ſequitur apud *Euripidem*

ᾅδην νομίζων πενθερὸν, κῆδος πικρόν.

Sic enim cum *Reiskio* legendum eſt pro eo quod vulgatur: κηδος πατρός. Cf. *Mede.* v. 399.

Πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λύγρους θήσω γάμους
πικρὸν τε κῆδος.

V. 691. Παιᾶνας δ' ἐπὶ σοῖς μελάθροις
Κύκνος ὣς, γέρων ἀοιδὸς
πολιᾶν ἐκ γενύων
κελαδήσω. ΤΟ ΓΑΡ 'ΕΥ
τοῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει.
Διὸς ὁ παῖς.

Non facile mihi perſuadere poſſum, verba τὸ γὰρ ἔυ id ſignificare, quod *Barneſius* voluit: τὸ καλὸν καὶ ἁρμόδιον; neque profecto in *Musgravii* emendatione acquieſcere poſſum, qui σῶς ὕμνοισιν conjecit, hoc ſenſu: *Hercules ſoſpes Hymnis materiam praebet.* Fortaſſe:

κελαδήσω

κελαδήσω Γ'· 'ΕΥΓΑΡΥC
τοῖς ὕμνοισι καταρχὴ
Διὸς ὁ παῖς.

Gratum enim et dulce hymnorum initium Iovis filius praebet. Verſus eſt anapaeſticus cui reſpondet in Strophe

ἔτι τὰν Ἡρακλέους

ubi legendum Ἡρακλείους. — Ad verſ. 698. *Plutarchus* reſpexiſſe videtur De Animi Tr. T. II. p. 464. ed. *Reisk.* Πόθεν γα δὴ πρὸς ἀλυπίαν ψυχῆς καὶ βίον ἀκύμονα χρημάτων ὄφελος.

V. 1095. Ἴδου, τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως ὁρμισμένος,
νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα
πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ τειχίσματι
Ἦ μὲν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω.

Tentavimus olim:

πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ Γ' 'ΕΡΕΙCΜΑΤΙ

in *ſpecimine Emendd.* p. 110. quod ad columnam alligatus erat Hercules;

ἀνήπτομεν πρὸς κίονα.

V. 1011. Certe verbum τείχισμα de columna uſurpatum inſolens videri debet. — In ſeq. verſu haeremus in Ἦ μὲν quod *Musgravius* feliciſſime correxit in

Ἥμαι νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων.

Mihi in mentem venerat;

Καὶ μὴν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω.

v. *Hogeveen* Doctr. Part. Graec. p. 399, ed. *Schüz.*

V. 1111. Πάτερ, τί κλαίεις. καὶ συναμπίσχῃ κόρας
τοῦ φιλτάτου σοι τηλόθεν παιδὸς βεβώς.

Videſis an ſcribendum ſit

καὶ συναμπίσχῃ κάρα.

 ut

ut v. 1226. *Heraclid.* 540. *Ion.* 1476. *Electra* 108. et paſſim.

V. 1407. Ὡς δή τι Φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥῴων ἔσῃ fortaſſe: ῥᾴων ἔχοις. ut πάντ' ἀρκούντως ἔχοι. in Hecuba. 27. Καὶ μάλ' ἀθλίως ἔχομεν in Oreſt. 296. v. *Brunk.* V. CL. ad Bacchas v. 805.

V. 1410. Θη. Ἔι σ' ὄψεταί τις θῆλυν, ὀυκ ἂν αἰνέσῃ.
Ἡρ. Ζῶσοι ταπεινὸς· ἀλλὰ προςθεῖναι δοκῶ.
Θη. Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς, ποῦ κεινὸς ὤν;
Ἡρ. Σὺ ποῖος ἦς ἄν, νέρθεν ἐν κακοῖσιν ὤν.
Θη. Ὡς εἰς τὸ λῆμα παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.

In his verſibus quot verba tot fere librariorum aberrationes. Primus ſtatim verſus ante *Barneſium* ſic legebatur: Ἔι σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντα κ'ουκ ἂν αἰνέσῃ. Neminem fore arbitror, qui poſt *Barneſii* emendationem meliorem aliquam circumſpiciat. Ὄντα a grammatico lineae ſupraſcriptum facile in textum irrepere potuit. Proximus verſus ſenſu omnino caſſus. Latinus interpres: *Vivo tibi abjectus; ſed ſpero me promotum iri.* Quae neque per ſe ſenſum habent, neque graecis verbis reſpondent. *Muſgravius* emendare conatus eſt:

ζῶν σοι ταπεινὸς ἆθλα προςθεῖναι δοκῶ;

Quod ipſe ſic interpretatur: *Obſcure vivens numquid videor tibi praemia laborum vendere. h. prodere.* Haec emendatio quamvis ſolitam doctiſſimi viri ſagacitatem minime dedeceat, a veritate tamen abeſſe videtur. Primum enim voculam σοι importuno loco poſitam *Euripidis* elegantia reſpuit. Deinde haec Herculi tributa verba neque praecedentibus Theſei verbis neque omnino rei reſpondere videntur. Non enim nunc agitur de obſcura humilique conditione vitae, quam Hercules ampleꝏurus erat, quaeque ne anteactorum gloriam ſplendoremque offuſcet ferendum

dum erat, ſed potius de nimia luctus contentione, quae tanto viro parum digna videbatur. Theſeus dixerat: *Si quis te tam abjectum et luctui tanquam mulierem indulgentem conſpiceret, certe te non laudaret.* Fac Herculem reſpondiſſe:

"Ολοιτ' ἔπαινος ἆθλα προςθεῖναι δοκῶν.

Laudent vituperentve parum intereſt! Quin pereant laudes, quae me ad novos ſemper labores ſuſcipiendos impulerunt; nihil puto ad verborum connexum deſideraretur. Ipſa ſententia autem nihil verius. Qui enim laboribus conſequuti ſunt ut laudarentur, non facile in media via conſiſtunt, ſed, ne parta gloria pereat, ſtrenue pergunt et ad novos ſemper labores properant. — Proximum verſum ſic emendaveram:

"Αγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς πονεῖ νοσῶν.

Quod a vero proximo abeſſe nullus dubito, cum *Musgravius* quoque emendaverit:

"Αγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ἀχεῖ νοσῶν.

Iudicent alii. — Inſigne hoc diſtractorum verborum exemplum invitat, ut uni et alteri loco, quem ſimili vitio laborare ſuſpicor, medicam manum admoveam. In *Orphei* Argonaut. v. 1192. legitur;

Ἀυτὰρ ἔπειθ', ὣς μιν Πλουτεὺς κυανότριχας ἵππους
Ζευξάμενος, κούρην ἘΠΕΒΗCΑΤΟ ΔΑΙΜΟΝΟC ἄισῃ
Ἅρπαξας δ' ἔφερεν διὰ κύματος ἀτρυγέτοιο.

δαίμονος ἄισῃ eſſet *Iovis voluntate.* V. *Mitſcherlich.* V. D. ad Hymn. in Cerer. p. 126. Mihi admodum probabile eſt, *Pſeudo-Orpheum* ſcripſiſſe

Ζευξάμενος κούρην ἘΠΕΒΗCΑΘ' ὉΜΑΙΜΟΝΟC ἄισῃ.

Cf. Hymnum in Cerer. v. 77. — ὀυδέ τις ἄλλος
Ἀιτιος ἀθανάτων, ἐι μὴ νεφεληγερέτα Ζεὺς
Ὅς

Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Αὐτοκασιγνήτῳ.

Ex eodem canone emendandus corruptiſſimus *Platonis Comici* locus apud *Athenaeum*. L. XV. p. 666. D. Ille in Comoedia, cujus Titulus Ζεὺς fuit κακούμενος, coquum induxerat, qui, dum ipſe cibos pararet, convivas ut cottabo tempus fallerent, adhortabatur.

Πρὸς κότταβον παίζειν ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
Αλλ' ἈΝΕΜΟC ΕCΤΑΛΕΙC θυΐαν ΠΑΙC
ΘΕΟΝ
Φέρε τὴν θυΐαν· αἷρ' ὕδωρ· ποτήρια
παράθετε.

Emendavit magnus Animadverſor: ἀλλ' ἄγε μόνον vel ὕδωρ στάζ' εἰς θυείαν παιδίον. *Age igitur puer aquam infunde in pilam*. In cottabi enim ludo pelvi opus erat, in quam aqua infundi ſolita eſt, docente *Caſaubono* ad h. l. p. 943. Haec pelvis θυεία ſive θυΐα vocabatur. Primum equidem et ſecundum verſum coquo, tertium convivis, quartum denique iterum coquo tribuendum puto. Totum autem locum ita ſcribendum ſuſpicor:

A. Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω πάνυ βούλομαι.
B. Ἀλλ' ἈΓΕ ΔΟC ῼC ΤΑΧΙCΤΑ θυΐαν
ΠΑΙCΤΙΚΟΝ.
A. Φέρε τὴν θυΐαν· αἷρ' ὕδωρ. κ. τ. λ.

Minima eſt literarum diverſitas et una tantum ſyllaba adjecta, verbo ἐσταλεις in ὡς τάχιστα mutato. Saepiſſime enim factum eſt, ut, ultimae verborum ſyllabae cum ſupra lineam ponerentur, negligerentur a librariis. Scribi tamen poſſit quoque ὡς τάχος. Vtramque dicendi formulam attigit *Valkenar.* ad Hipp. p. 221. E. v. *Indicem Sophocl.* V. τάχος. Ceterum ſimilem verſum legimus in *Ariſtophan.* Eqq. 120.

δός

δός σύ μοι τὸ ποτήριον ταχύ.

Eandem medelam adhibeam Fragmento *Aeſchyli*, quod legitur in *Etymologico Gudiano*, a cl. *Kulenkampio* edito in ſpecimin. Emend. in Etymol. M. p. 36. Κίκυς· ἡ δύναμις. Ἀπολλόδωρος ἰκμάς.

ἀλλ᾽ οὐ γάρ οἱ ἔτ᾽ ἦν ἲς ἔμπεδος οὐδ᾽ ἔτι κίκυς.

ἀπὸ τοῦ ἀνακικύειν

πολὺς δ᾽ ἀνεκίκυει ἱδρώς.

καὶ Ἄισχυλος ἐν Σισύφῳ· καὶ θανόντων ἐισὶν οὐκ ΈΝΕCΤΙΓΜΑCΕΙ ΤΑ CΟΙ Δ᾽ οὐκ ἐνέστι κίκυς, οὐδ᾽ αἱμόῤῥυτοι φλέβες. θανόντων φησὶν ἀψύχοις. *Schneiderus* V. CL. in Fragm. Pind. p. 106. legendum putat: οἶσιν οὐκ ἔνεστι φθέγμα. Optime ad ſenſum. Hymnus Homer. in Vener. v. 238.

τοῦ δή τοι φωνὴ ῥεῖ ἄσπετος οὐδ᾽ ἔτι κίκυς
ἔσθ᾽ ὅιη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.

Propius tamen nos ad literarum ductus: καὶ θανόντων οἷσιν οὐκ ΈΝΕCΤ᾽ ἸΓΜΑ CΚΕΠΑCΤΗ Δ᾽ οὐκ ἐνέστι κίκυς. *Mortui, quibus neque vox neque munita ſeptaque omni ex parte vis ineſt.* Ἰγμὴ, βοή. *Heſychius.* — Ejusdem *Aeſchyli* Fragmentum legitur ap. *Scholiaſt.* in *Sophocl.* Oedip. C. 1043. καὶ Ἄισχυλος:

ἔφριξ᾽· ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

Vbi legendum ſuſpicor:

ἔφριξ᾽ ἔρωτι τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

ut *Sophocles* in Ajace. v. 693.

ἔφριξ ἔρωτι περιχαρὴς δ᾽ ἀνεπτόμαν.

quem locum excitat *Euſtath.* p. 473. Rom. Καὶ χάραν δέ ποτε σημαίνει τὸ φρίσσειν καὶ οἱονεὶ ὄρθωσιν ἐκ λυπηρᾶς καταπτώσεως ὡς τὸ ἔφριξα ἔρωτι περιχαρὴς δ᾽ ἀνεπτόμαν. — In poeta, *Aeſchylo* aequali, *Pindaro* Olymp. V. 36. corrupte legitur:

Ἀεὶ δ᾽ ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται, πρὸς

ἔργον

ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμένον·
ἐυ δ' ἔχοντες ΣΟΦΟΙ ΚΑΙ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Senſus horum verborum ſatis quidem expeditus eſt. *Ad magna periculique plena perficienda corporis animique contentione, divitiisque opus eſt, quae virtutem h. ſtudium perficiendi enitendique in altum, adjuvent. Qui vero ſcopum, quem ipſi ſibi fixerant, attigerunt, civibus ſuis ſapientes audiunt.* Haeremus in copula ϰαὶ, quae ordinem verborum implicat. Tu mecum lege:

ἐυ δ' ἔχοντες ΣΟΦΙΣΤΑΙ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Antiquo enim et *Pindari* adeo aevo σοφιστὴς *honeſta ſapientum fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio,* ut verbis utar *Valkenarii* ad Hipp. p. 262. E. quem vide. Quare poetas inprimis, apud quos omnis fere ſcientiarum cognitio fuit, hoc nomine adpellatos fuiſſe conſtat. *Pindarus* Iſthm. V. 36.

μελέταν δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι.

ubi *Schol.* Σοφιστὰς δὲ ϰαὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. *Diogen. Laërt.* Prooem. Segm. XII. Ὁι δὲ σοφοὶ ϰαὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. ϰαὶ ὀυ μόνον ἀλλὰ ϰαὶ ὁι ποιηταὶ σοφισταὶ. ubi v. *Menagium.* T. II. p. 9. *Athenaeus.* L. XIV. p. 632. C. Ὀρφέα σοφώτατον ἔκρινον. Καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν, ὥσπερ ϰαὶ Ἄισχυλος ἐποίησεν.

ἐιτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.

Coronidis loco adponam conjecturam de corruptiſſimo *Pindari* Fragmento, quod legitur ap. *Athenaeum.* L. XIII. p. 801. *Schneideri* Collect. Fragm. Pind. p. 15.

Ἀλλ' ἔγωγ' ἙΚΑΤΙ ΤΑϹ κηρὸς ὣς
ΔΑΧΘΕΙϹ ἰλικρᾶν μελίσσαν

τήκομαι

τήκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παιδῶν
νεογυίον ἐς ἥβην.

Alii aliter. Mihi in mentem venit:
'Αλλ' ἔγωγ' 'ΕΠ' 'ΑΚΤΙΝΑC κηρὸς ὣς
'ΙΑΝΘΕΙC μελιχρᾶν μελίσσαν
τήκομαι, ἔυτ' ἂν κ. τ. λ.

Vt cera, apium opus, ad ſolis radios liquefacta, ſic ego liqueſco puerorum conſpecto flore. Lucretius de N. R. VI. 515. *Nubila*

Mittunt humorum pluvium, ſtillantque, quaſi igni
Cera ſuper calido tabeſcens multa liqueſcat.

De uſu verborum ἰαίνεσθαι et τήκεσθαι v. *Tib. Hemſterh.* ad *Heſych.* Vol. II. g. 4. 5.

CAPVT XX.

Chorus in **Euripidis** ***Electra caſtigatur. Epigramma*** **Addaei** ***tentatur.*** **κρήμνων ἄπο** ***pro*** **πρεώνων ἅτε.** **φοβῶσα** ***et*** **θορῶσα** ***confuſa.*** **Alexidis** ***Fragmento medela adhibetur.*** **πόλιος οἶνος.** ***Gloſſemata pro vera lectione in textum irrepſiſſe aliquot exemplis probatur.*** **Archilochi** ***Fragmentum reſtituitur.*** **Pindarus** ***et*** **Aeſchylus** ***emendantur.***

V. 442. Achilles cum ad bellum Trojanum profecturus eſſet, Nereides ei arma Vulcani fabricata manu attuliſſe narrantur. Carmen autem, quo haec a Choro exponuntur, corruptiſſimum eſt:

Νηρῇδες δ' 'Ευβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι;
'Ηφαίστου χρυσέων ἀκμόνων
μόχθους 'ΑCΠΙCΤΑC'ΕΦΕΡΟΝ ΤΕΤΧΕΩΝ
ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυμνᾶς

"Οσσας

"Οσσας ἱερὰς νάπας,
Νυμφαίας σκοπιὰς
ΚΟΡΑΙ ΜΑΤΕΤΟΥϹ· ἔνθα πατὴρ
Ἱππότας τρέφεν Ἑλλάδι φῶς.

Primum in verbis ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων haeremus; unde enim genitivum τευχέων pendere dicamus? et quam quaeſitum hoc, μόχθους ἀσπιστὰς *ſcutatos labores* pro *ſcuto elaborato* accipere. Deinde in πρυμνᾶς νάπας ulcus haerere acute animadvertit *Muſgravius*, cujus verba adponimus: *πρυμνᾶς νάπας expreſſum videri poteſt ex Homeri* πρυμνωρείας Ιλ. XIV. v. 307. *Verum ſi de radicibus montium loquitur, quomodo eas mox* νυμφαίας σκοπιὰς i. e. Nymphorum ſpeculas *vocat, quod non niſi verticibus convenire poteſt. Lego:* ἀνά τ' ἐρυμνὰς etc. — Tandem pro κόραι ματεύσασ' editio Vict. legit: μάτευσ'. Fortaſſe totus hic locus ita refingi poteſt:

Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι
Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων
μόχθους, ἈΣΠΙΔ' ἘΠΕΦΕΡΟΝ ΠΟΙΚΙΛΟΝ·
ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε ΚΡΗΜΝΟΥϹ
"Οσσας ἱερᾶς νάπας
Νυμφαίας σκοπιὰς
ΚΟΡΑΙ ΒΑΤΕΥϹ'· ἔνθα πατὴρ κ. τ. λ.

Sic omnia intellectu facillima. Afferunt Nereides ſcutum pulchre elaboratum, ποικιλὸν, ut apud *Homerum* Ιλ. XVIII. 590. Vulcanus Achilli ſcutum fabricans illud ποικίλλειν dicitur:

ἐν δὲ χόρον ποίκιλλε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,

id quod *Aeſchylus* σχηματίζειν vocat in VII. c. Thebas. 467. Ἐσχημάτισται δ' ἀσπὶς οὐ σμικρὸν τρόπον. Deinde vero verba ἱερᾶς νάπας pro genitivis habeo et cum κρημνοὺς jungo.

Puellae

Puellae Nereides Pelium aſcendunt et praecipitia nemorum Oſſae pererrant. Memini hac occaſione Epigrammatis *Addaei.* in Anal. V. P. Tom. II. p. 241. quod corrupte vulgatur:

Ταύρῳ φρικαλέον νάπος ἐκβαίνοντι Δοβήρου
Πευκέστης ἵππῳ καρτερὸς ἠντίασεν·
ἀλλ' ὁ μέν ὡρμήθη ΠΡΕΙΩΝ ''ΑΤΕ· τοῦδ' ἁπαλοῖο
Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.

Pro *πρειὼν* quae vox nihili eſt corrigendum fortaſſe

ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη ΚΡΗΜΝΩΝ 'ΑΠΟ.

Ille autem taurus deſuper ab alta rupe ruit, quod loco, ubi haec res agitur, optime convenit. — Mutatio τοῦ *μάτευσ'* in *βάτευσ'* fere nulla eſt, cum, quod ſaepius jam monuimus, literae *β* et *μ* parvo tantum apice in Codicibus differant. V. Κόρῳ autem mihi quidem minime movendum vidètur, quippe cum ſubjectum, quod vocant, totius periodi, eleganter repetat, teneatque pronominis locum.

V. 472. Pergit Chorus in deſcriptione armorum Achillis, in cujus lorica Pegaſus et Chimaera exſculpti conſpiciebantur:

— περιπλεύρῳ δὲ κύτει
πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα, χαλαῖς
Πειρηναῖον ΘΟΡΩCΑ πῶλον.

Haerent Interpretes in V. *θορῶσα* quam cum *θοροῦσα* nonnulli permutandam cenſent. Sed hoc quoque durum et contra uſum Euripideum eſſe videtur. Mihi in mentem venit, quod a vulgatis literis proxime abeſt:

χαλαῖς
Πειρηναῖον ΦΟΒΩCΑ πῶλον.

Chimaera unguibus Pegaſum perterrefaciens. ut *Rheſus.* 37.
Πανὸς τρομερῇ μάστιγι φοβῇ.

V. 493.

V. 493. Senex, fidiſſimus familiae Agamemnonis amicus, quaecunque ad coenam comparandam opus ſunt, Electra affert

Ἥκω φέρων σοι τῶν ἐμῶν βοσκημάτων
Ποίμνης νεογνὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε,
ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΤΕ, τευχέων τ' ἐξελὼν τυ-
ρεύματα,
ΠΑΛΑΙΟΝ τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε,
Ὀσμῇ κατῆρες, μικρὸν, ἀλλ' ἐπεισβαλεῖν
Ἡδὺ σκυφὸν τῷδ' ἀσθενεστέρῳ ποτῷ.

Haud ignorans quam frequens coronarum uſus in conviviis fuerit, vix tamen puto *Euripidem* earum hoc loco mentionem feciſſe, ubi ea tantum commemorantur, ſine quibus coena fieri nequit, minime vero quae ad lautitiam pertinent. Conjecturae igitur locus eſt. Scribendum fortaſſe

ΠΕΛΑΝΟΥΣ τε, τευχέων τ' ἐξελὼν τυρεύ-
ματα.

Sequentem verſum optime emendavit *Scaliger* ſcribens:

ΠΟΛΙΟΝ τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε

quod in mentem mihi revocat Fragmentum *Alexidis* ab *Athenaeo* ſervatum L. X. p. 441.

Γυναιξὶ δ' ἀρκεῖ πάντ' ἐὰν οἶνος παρῇ
πινεῖν διαρκῆς, ἀλλὰ μὴν, νὴ τὼ θεὼ
ἔσται γ' ὅσον ἂν βουλώμεθ', ἔσται καὶ μάλα
ἩΔΥΣ γ' ὀδόντας οὐχ ἔχων, ἤδη σαπρὸς
ΛΕΓΩΝ γέρων γε δαιμονίως.

Cum vocem λέγων in mendo cubare ſtatim appareat, nemo tamen facile ſuſpicabitur, ulcus quoque in ἡδὺς latere. Attamen excitato *Euſtathii* loco ad Od. Β. p. 100. 47. nemo amplius eam corruptam eſſe dubitabit. Verba *Euſtathii* haec ſunt: Γέρων. Θάσιος οἶνος καὶ μάλα ΠΟΛΥΣ γε ὀδόντας οὐκ ἔχων ἤδη σαπρὸς ΓΕΡΩΝ δαιμονίως. Quod manu ad veram lectionem ducit

ἔσται

ἔσται καὶ μάλα
ΠΟΛΙΟϹ γ' ὀδόντας οὐκ ἔχων.

Quid autem fiet verbo λέγων, quod *Euſtathius* vel prudenter omiſit, vel non legit in Epitome *Athenaei*, qua utebatur. Valde ſuſpicor Comicum ſcripſiſſe

ἤδη σαπρὸς
ΛΑΡΟϹ ΓΕΡΩΝ ΤΕ δαιμονίως.

Euſtathius l. c. p. 100. 33. Ἔνθα καὶ ἩΔΥΝ οἶνον ἐρεῖ καὶ ΛΑΡΟΝ. Quod igitur verbis λαρὸς interpretamentum eique forſitan a Grammatico ſuperſcriptum fuit, id pro genuina lectione in praecedentem verſum irrepſit. *Heſychius* quoque λαρὸν interpretatur per ἡδύ. γλυκύ. μέθυ λαρὸν ex *Apollonio Rhod.* L. 1. v. 456. 473. 659. excitat *T. Hemſterh.* ad *Scholiaſt. Luciani.* T. I. p. 121. — Quid vetat hac opportunitate oblata fragmentum *Archilochi* a gloſſemate liberare, quod jamdiu verae lectionis locum obtinet. Legitur apud *Ammonium* V. Ῥόδον.

Ἔχουσα θάλλον μυρσίνης ἐτέρπετο
ῥοδῆς καλὸν ἄνθος.

In quibus verbis nihil ſane eſt quod offendere poſſit. *Moſchopulus* tamen et *Phavorinus* V. Ῥόδον et ἐτέρπετο, exhibent ἀφέιπετο, quam lectionem merito damnat eruditiſſimus *Valkenaer.* in Animadverſſ. III. XI. p. 204. Verum veſtigia verae lectionis continere videtur. *Archilochus* ſcripſit forſitan

Ἔχουσα θάλλον μυρσίνης ἐφήδετο

cujus verbi interpretamentum eſt ἐτέρπετο.

V. 655. Πρ. Καὶ δὴ τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνον;
Ἠλ. Ἧξει κλύουσα ΛΟΧΕΙ' ΕΜΟΥ νοσήματος.

τὰ λοχεῖα ſive τὰ λόχια eſt vel locus natalis vel ſecundus partus. Neutra ſignificatio huic loco convenit. Quare nihil efficitur interpretatione *Barneſii*, qui verba ita jungi

voluit, ut λοχεῖα ab ἥξει pendeat. ἥξει εἰς τὰ λοχεῖα μου. Ipſa enim obſtetricatio — (ἡ τοῦ τεκεῖν ἐπιμελεία. Pollux. IV. p. 474.) eſt ἡ λοχεία. *Reiskii* conjectura nullius aſſis eſt. Fortaſſe corrigendum:

ἭΞει κλύουσα ΛΟΧΙΟΥ ΝΟCΗΜΑΤΟC.

λόχιον νόσημα exquiſite pro ipſo puerperio. Sic λόχιοι in *Bacchis*. v. 94. et v. 98. ἐν ὠδίνων λοχίοις ἀνάγκαις. — Verſu 666. optime *Pierſon* ex veſtigiis editionis *Victor*. correxit:

Ἔπειτ' ἀπαντῶν μητρὶ τ' ἀπ' ἐμοῦ Φράσον.

Deinde occurrens matri res meas indica. Vulgo legitur: ἔπειτα πάντων. Haec verba permutata videntur in eleganti *Pindari* fragmento, quod *Plutarchus* ſervavit in *Conſol. ad Apollon.* T. II. p. 120. *Collectio Fragm. Pindari* ed. *Schneideri* p. 23.

Ὀλβίᾳ δ' ΑΠΑΝΤΕC αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτάν· καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἕπεται
θανατῷ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον.

Verbum initio excidiſſe apparet. *Reiskius* tentabat:

Ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἴσᾳ
Λυσίπονον ἘΤΡΟΝΤΟ τελευτάν.

Sed hoc hariolari eſt. Equidem Lyricum haud dedecere arbitror quod ipſi conjeci:

Ὀλβίᾳ δ' ἈΠΑΝΤΩC αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτὰν ΜΕΤΑ.

Bonorum mentes felici poſt obitum gaudebunt ſorte. ἀπαντᾷν proprie *obviam ire* deinde *nanciſci*, *amplecti* audit. *Charondas* apud *Stobenſem*. Serm. XLII. p. 289. ὡς ἀπαντώσης νεμέσεως παρὰ δαιμόνων. Vnde ἀπαντᾷ imperſonaliter *contingit* ſignificat. *Dio Chryſoſt*, Orat. LXIII. p. 324. ed. *Reisk.* λύπην ἔχειν καὶ ἀπορίαν ἀπαντᾷ — Verſus Euripideus, qui huic digreſſioni locum dedit

ἔπειτ'

ἔπειτ' ἁπαντῶν μητρὶ τ'απ' ἐμοῦ Φράσον.

in mentem revocat *Aeſchyli* locum, in quem verbum Φράσον reducendum videtur. Eſt hic locus in *Agamemnone* v. 558. quem totum adſcribimus ut corruptela ſtatim manifeſta fiat:

Κηρυξ. Ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις;
Χορ. Ὡς πολλ' ἀμαυρᾶς ἐκ Φρενὸς μ' ἀναστένειν.
Κηρ. Πόθεν τὸ δύσΦρον τοῦτ' ἐπῆν ΣΤΥΓΟΣ ΣΤΡΑΤΩι.

Prorſus abſonum eſt, praeconem a Choro quaerere, *unde ei exercitus odium enatum ſit*, poſtquam hic ſuum erga eundem exercitum amorem ejusque deſiderium perſpicuis verbis manifeſtaverat. Nemo igitur interpretum vitium latens non odoratus eſt, variaeque eorum conjecturae proſtant. Inter eas longe ingenioſiſſima eſt emendatio *Schützii* Viri Ill.

πόθεν τὸ δύσΦρον τοῦτ' ἐπῆν θυμῷ στύγος.

ubi στύγος aegritudinem et moeſtitiam animi ſignificat. Leniori tamen forſitan, nullaque transpoſitione adhibita, legendum:

πόθεν τὸ δύσΦρόν τοῦτ' ἐπῆν ΣΤΥΓΟΣ ΦΡΑΣΟΝ.

Vnde haec tibi orta ſit aegritudo effare. Sic verbum Φράσον verſum ſaepiſſime terminat. Vide, praeter laudatum ex *Electra* locum, *Noſtrum* in *Iphig. in Aul.* 1014.

τί δὲ χρή με δρᾶν ΦΡΑΣΟΝ.

Heraclid. 92.

ἀλλά του πότ' ἐν
χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, ΦΡΑΣΟΝ.

Sophoclis Electra. 1346.

Τίς οὗτος ἐστ', ἀδελφὲ, πρὸς θεῶν, ΦΡΑΣΟΝ.

CAPVT XXI.

Euripidis *Electra ter corrigitur.* 'Εκάτη. δύματα et θαύματα *confuſa.* 'Ου θέμις. Livius et Aſconius Pedianus *emendantur.* 'Εν et ου *permixta.* νοσῶν *de turbato cujuslibet rei ſtatu.*

V. 677. Oreſtes et Electra, omnibus ad jugulandum Aegiſthum puniendamque Clytaemneſtram comparatis, Iovem, Iunonem ipſumque denique patrem, precibus invocant, ut moliminibus ſuis propitii eſſe victoriamque praebere velint.

Σύ τ' ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν, πάτερ
ΚΑΙ ΓΗ Τ' ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμὰς
ἄμυν' ἄμυνε τοῖςδε φιλτάτοις τέκνοις.

Medii verſus vitium duplex copula indicat, quae ſic quidem nulla ratione ſtare poteſt. Senſit hoc *Tyrrwhitti* ſagacitas, qui legendum proponit

Δίκη τ' ἄνασσα — —

ſatis quidem ingenioſe, ſed propter ſequentia: χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμὰς vix verum. Qui ad Terram, Proſerpinam, Plutonem omnesque adeo inferos Deos preces fundebant, terram manibus verberaſſe conſtat vel ex *Homeri* Ιλ. IX. 564.

πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία
κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.

et hunc morem procul dubio *Euripides* verbis χεῖρας ᾗ δίδωμι exprimere voluit; quod poſt *Reiskium* animadvertit *Musgravius.* Corrigendum fortaſſe:

'ΕΚΑΤΗ Τ' ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμὰς
ἄμυν' ἄμυνε τοῖςδε φιλτάτοις τέκνοις.

Litera initiali forte deleta ex reliquis ſyllabis κατη facillime καὶ γῆ fieri potuit. Hecate autem nonnunquam nihil differt a Proſerpina. *Schol. in Theocrit.* Eid. II. 12. Τὴν Εκάτην χθονίαν φασὶ θεὸν καὶ νερτέρων πρύτανιν.

et

et mox: Τὴν Ἑκάτην φασὶ τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Περσεφόνῃ Diverſiſſima de hac Dea apud veteres tradebantur, ſed Cereris eam et Iovis filiam fuiſſe vulgo narrabant. cf. *Noſtri Ion.* 1048. Ἐινοδία θύγατερ Δάματρος.

V. 711. Ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα, δείματα.

Agitur de agna aureo vellere inſtructa, unde rixa et omnis generis calamitates in Pelopis familiam invaſerant. Verba quae adſcripſimus praeconis ſunt, Mycenarum incolas ad agnam nunc primum a Pane adductam, conſpiciendam invitantis. Vnde apparet verbum δείματα huic loco parum convenire: cum iſta agna neque per ſe eſſet terribilis neque tum quisquam ſuſpicari poſſet, quot calamitatum, quot rixarum et caedium auctor eſſet futura. Quare legam:

Ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα, θαύματα.

V. 614. Ὀρ. Ἥκω 'πὶ τόνδε στέφανον· ἀλλὰ πῶς λάβω;
Πρ. Τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς ʼΟΥΔʼ ʼΑΝ ʼΕΙ ΘΕΛΟΙϹ.

Poſterior verſus in mendo cubat. Vnde enim pendeat infinitivus ἐλθεῖν nemo facile dixerit; Sententia autem ineptiſſima. Certe enim Oreſtes muros intrare vellet, ſi modo poſſet; quare abſonum eſt dicere: *Moenia intrare nequis, ne ſi velis quidem.* — Iunctis quae librarii errore diſtracta ſunt, et una alterave litera paululum immutata lego:

Τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς ʼΟΥΔΑΜΗ ΘΕΜΙϹ.

Moenia quidem nullo modo intrare potes. ὀυ θέμις *non licet. Heraclid.* 615.

μόρσιμα ὄυτι φυγεῖν θέμις.

Ex ſilva locorum, quae temeraria ſyllabarum diſtractione corruptelam contraxerunt, duo mihi hic emendanda ſeligo, alterum *Livii*, alterum *Aſconii Pediani*. Apud illum L. XXXII. 5. 6. de Philippo Macedonum rege agitur, quaeque molitus fuerit, ut alienatos a ſe Achaeorum animos ſibi conciliaret exponuntur. *Et cum Achaeis quidem*, inquit, *per haec amicitiam firmabat. Macedonum animos ſibi conciliavit* CVM HERACLIDE. NAM CVM EVM *maximae invidiae ſibi eſſe cerneret, multis criminibus oneratum in vincula* CONIECIT, *ingenti popularium gaudio.* Vitium jam antiquitus huic loco inhaeſiſſe Codicum oſtendit varietas, quorum non pauci in hoc loco ſunt mutili. De verbis *cum Heraclide* vide *Drakenborch.*, qui *cauſa Heraclidis* tentabat, neque tamen ita rem confectam eſſe perſpiciens. Equidem *Livium* ſcripſiſſe ſuſpicor: *Et cum Achaeis quidem per haec amicitiam firmavit. Macedonum animos ſibi conciliavit cum* HERACLIDEM AMICVM, QVEM *maximae invidiae ſibi eſſe cerneret, multis criminibus oneratum in vincula* CONIICERET, *ingenti popularium gaudio.* Vides una literula vocibus *nam cum* inſerta, iisque conjunctis, optimum ſenſum effici. Mutatio enim τοῦ *cum* in *quem* nulla eſt, cum in ſimilibus librarii frequentiſſime erraverint. — Alter locus ex eodem canone emendandus, *Aſconii* eſt *in Comment. ad Ciceronis Orat. pro Milone: Fuerunt qui crederent M. Catonis ſententia eum eſſe abſolutum. Nam et bene cum republica actum eſſe morte P. Clodii non diſſimularat et ſtudebat in petitione conſulatus Miloni et reo adfuerat. — Sed Milonis quoque notam audaciam* VETIARE PVTILE *viſum eſt.* Vix dubito quin corrigendum ſit: *Sed Milonis quoque notam audaciam* AMOVERI A REP. VTILE *viſum eſt.* Truncato enim vocis *amoveri* capite, propter praecedentis ſyllabae ſimilitudinem reliqua corruptelae obnoxia erant.

V. 640.

V. 640. Ορ. Καλῶς ἔλεξας· ἡ τεκοῦσα δ' ἐστὶ ποῦ;
Πρ. Ἄργει· παρέσται Δ' ΈΝ πόσει θοίνην ἔπι.

E plurimis conjecturis, quibus hunc locum tentarunt Critici, nulla mihi ſatis placet. Levi fortaſſe negotio corrigendum

Ἄργει· πάρεστι Δ' ΟΥ πόσει θοίνην ἔπι.

Argis eſt; neque cum marito ſacra facit. Quod egregie firmatur Oreſtis reſponſo:

Τί δ' οὐκ ἅμ' ἐξορμᾶτ' ἐμὴ μήτηρ πόσει;

V. 650. Πρ. Ἔσται τόδ'· εὑρίσκεις δὲ μητρὶ πῶς φόνον;
Ἠλ. ΛΕΓ' Ὦ ΓΕΡΑΙΕ, ΤΑΓΕ Κλυταιμνήστρᾳ μολὼν
Λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

In hoc loco ulcus ſub pelle decora latens primus detexit *Muſgravius*, qui optime animadvertit, neque λέγε neque τάδε cum ſequentibus conſiſtere poſſe. Praeterea reſponſum Electrae ad ſenis interrogationem, fruſtra quaeris. Corrigam itaque

ΛΕΞΩ, ΓΕΡΑΙΕ, ΠΑΝΤΑ· Κλυταιμνήστρᾳ μολὼν
λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

Iam omnia (h. omnem conſilii mei viam atque rationem) *audies. Accede Clytaemneſtram eique nuntia me filium partu edidiſſe.* Sic *Sophocl. Electra.* 680.

κἀπεμπόμην πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πᾶν φράσω.

V. 1051. Ἠλ. Δίκαι' ἔλεξας· ἡ δίκη δ' αἰσχρῶς ἔχει.
Γυναῖκα γὰρ χρῆν πάντα συγχωρεῖν πόσει
Ἥτις φρενήρης· εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,

Verba ſunt Electrae ad Clytaemneſtram, quae Agamemnonis caedem excuſare ſtudens, filiae quaecunque vellet obloquendi

loquendi poteſtatem fecerat. Primum autem ſcribendum puto:

— εἰ δὲ μή, NOCEI ΤΑΔΕ.

Vxorem autem decet conjugi in omnibus morem gerere, ſi ſanae mentis eſt; quod ſi non fecerit, hac quidem parte ſanae mentis non eſt habenda. Sic loquuntur veteres. *Hippol.* 293.

Κ' εἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀποῤῥήτων κακῶν.

Andromachae. 907. τοῦτ' αὐτὸ καὶ νοσοῦμεν. Verbum νοσεῖν de turbato perverſoque rei cujusque ſtatu uſurpari *Abreſchius* animadvertit *ad Aeſchylum.* L. III. p. 179. — Deinde vero hos tres verſus Choro tribuo, Electraeque orationem ſequenti demum verſu incipere arbitror. Hic autem ſic ſcribendus:

Ὅτ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκεις λόγων.

Quandoquidem dignaris mecum in certamen deſcendere.

CAPVT XXII.

Βάλλειν et πάλλειν *in* Euripidis *Electra confuſa.* Κάρτος *pro* κάρπον Euripidi *redditur.*

V. 1341. Τοῖσδε μελήσει γάμος· ἀλλὰ κύνας
τάσδ' ὑποφεύγων, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.
Δεινὸν γὰρ ἴχνος ΒΑΛΛΟΥΣ' ἐπὶ σοὶ
χειροδράκοντες, χρῶτα κελαιναὶ
δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΠΟΝ ἔχουσαι.

Canes illas Furias eſſe ſatis apparet; *Stygias canes Lucani* L. VI. 733. ſic vocatas, quia hominum ſceleribus invigilant, tanquam *ſpeculatrices et vindices facinorum et ſceleris,* ut *Cicero* ait *de Natur. Deor.* III. 18. vide *Pindar,* Ol. II. 73. *Rhunken,* Epiſt. Crit. I. p. 59. *Schneider,* Pericul. Crit. p. 86.

86. ſqq. — In his verſibus primum ἴχνος βάλλουσ᾽ ἐπὶ σοὶ inſolentius dictum, neque forſitan ab *Euripide* profectum eſt. *Muſgravius* quidem vitium in hac voce latere ſuſpicans tentavit: στέλλουσ᾽ ἐπὶ σοι. Equidem malim:

Δεινὸν γὰρ ἴχνος ΠΑΛΛΟΥΣ᾽ ἐπὶ σοί.

Troades. v. 325. Πάλλε πόδ᾽ αἰθέριον. et ſimili metaphora in *Bacchis*. 654.

λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν.

Pro χειροδράκοντες *Reiskius* conjecit ſive σειροδράκοντες ſive σπειροδράκοντες *quae Dracones circum ſe in ſpiras convolvunt*, ut apud *Apollodor*. I. 6. 3. τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν σπείρας εἶχεν ἐχιδνῶν. et *Virgil*. Aen. XII. 879. *Megaeram — paribus revinxit ſerpentum ſpiris ventoſque attulit alas*. Sed vulgata praeſtat. Quae enim manus ſerpentibus armatas habebant Eumenides haud male χειροδράκοντες, *dracones pro manibus habentes* appellari poterant. Sed naevus haeret in verbis

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΠΟΝ ἔχουσαι.

prorſus enim ignoro quis hic ſit *dolorum fructus*, quem Furiae habere dicuntur. *Muſgravius* praeterea hanc Phraſin neque notam ſibi neque intellectam eſſe fatetur. Quare forſitan corrigendum

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΤΟΣ ἔχουσαι.

quibus graviſſimorum poteſtas eſt dolorum, quos hominibus infligant. *Eurip*. *Helena*. 68.

Τίς τῶνδ᾽ ἐρυμνῶν δομάτων ἔχει κράτος.

Bacchae. 1036.

Ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος ὁυ Θῆβαι
κράτος ἔχουσι ἐμόν.

Alpheus Mitylenaeus. Epigr. VI. in Anal. V. P. T. II. p. 129.

Νηῶν ὠκυπορῶν ὃς ἔχεις κράτος, ἵππιε δαῖμον
καὶ μέγαν Ἐυβοίης ἀμφικρεμῆ σκόπελον.

CAPVT XXIII.

Levis medela plurimis Euripidis *Fragmentis adfertur.* Hyginus *corrigitur.* 'Ευδία *pro* ἐνοδία. *Litera* π *ſaepe perperam verbis adhaeſit.* λιτὸν *pro* πλεῖστον *in* Euripide, λιπόντα *pro* πλέοντα *in Epigrammate* Addaei *emendatur.* λόγος *et* ψόγος.

Iam nobis nihil praeter Fragmenta Tragoediarum *Euripidis* reſtat, quorum jam plurima in ſuperioribus emaculavimus. In *Aeolo* (Fragm. VIII. ap. *Stobenſ.* Serm, L.) legitur:

Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

Quod cum intelligi nequeat, ſcribendum ſuſpicor:

Ἡ πόλλ' ἀνάγκη διαφύει τολμήματα.

Plurima ſane facinora neceſſitas progignit. Eadem fere medela adhibenda fragmento XVI. ejusdem Tragoediae:

'Αεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν
Τὸ δ' οὐκ ἔφηνεν αὐτίκ' ἐξ ἀρχῆς νέον.

Senſus horum verborum minime obſcurus eſt: mala modo vigere, modo diſcedere, modo nova exoriri docere voluit Tragicus. Secundus verſus igitur numeris ſuis forſitan ſic reſtituendus eſt:

Τὸ δ' ἐκπέφυκεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Sic πόνους φῦσαι *Sophocles* dixit in *Antigone*. 646.

Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
φῦσαι;

et χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται in ejusdem *Ajace*. 646. — αὖθις ἐξ ἀρχῆς eodem modo dictum eſt ut ap. *Ariſtophanem* in Pluto. v. 221.

ἢν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

Inter *Aeoli* Fragmenta *Musgravius* collocavit quatuor verſus, quos *Valkenaerius* in Diatribe. p. 200. ex *Siſyphi* Prologo petitos non ſine veriſimilitudine ſuſpicatur:

Ἕλλην γάρ, ὡς ἔοικε, γίνεται Διός,

τοῦ

τοῦ δ' Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ', ὃς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
Θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Quod in animum mihi revocat locum *Hygini* Fab. LXI. ubi de *Salmoneo* agitur: *Salmoneus,* inquit, *Aeoli filius, Siſyphi frater, cum tonitru et fulmina imitaretur Iovis, ſedens quadrigam faces ardentes IN POPVLVM et cives mitteret, ob id a Iove fulmine eſt ictus.* Cum ineptum ſit *in populum et CIVES Munkerus* alteram vocem alterius interpretamentum putabat. Equidem corrigendum puto: *faces ardentes in COELVM et cives mitteret.* Confer *Apollodor.* l. 9. p. 45. Βάλλων δὲ εἰς οὐρανὸν αἰθομένας λαμπάδας ἔλεγεν ἀστράπτειν. Ζεὺς δὲ αὐτὸν κεραυνώσας κ. τ. λ.

Fragmentum ex *Alexandra* VII. emendavimus L. I. C. VII. p. 21.

ὦ παγκάκιστοι, καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ ΦΥCEI κεκτημένοι.

Exemplis ibi allatis adde hoc *Plauti* in *Amphitr.* Act. I. Sc. I.

Hic qui verna natus eſt queritur
Sum vero verna verbo.

et hoc Anacharſidis ap. Stob. S. LXXXIV. p. 491. 45. Ἀνάχαρσις ὀνειδιζόμενος ὅτι σκύθης ἐστὶν, εἶπε· τῷ γένει ἀλλ' οὐ τῷ τρόπῳ.

Notiſſimi, ſi qui alii, *Euripidis* verſus ſunt ex *Andromeda.* Fr. VII.

Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, ἔρως κ. τ. λ.

Verſu quinto vulgatur: καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσῃ. ubi corrigam;

...τίμιος ἐν θεοῖς ἔσῃ.

Quod ſi feceris aeque ac reliqui Dii celebraberis. — Ex eadem Tragoedia laudatur:

Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν· ΤΟΔ' ἀπέκρυψεν
θεός.

ubi malim: Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν ΠΟΤ'· ἀπέκρυψε ΔΕ θεός. ἀπέκρυψε, τὸν ὄλβον ſc. Hoc verbum ſaepiſſime ſignificationem habet τοῦ ἀφανίζειν — quod docuit *Abreſch.* in *Animadd. ad Aeſch.* L. I, p. 3.

Bellerophon. Fr. I. ap. *Schol.* in *Ariſtoph. Veſp.* 754.

Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
Κρήναια νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
'Αιθέρ' ἰδέσθαι
Σπεύδω, τίν' ἔχει στάσιν 'ΕΥΟΔΙΑC

Heathius emendavit: — τίν' ἔχει στάσιν 'ΕΙΝΟΔΙΑ. Docte ſane. Iudicent Viri harum rerum periti, an poſt hanc conjecturam mea quoque ſuſpicio in cenſum venire poſſit:

'Αιθέρ' ἰδέσθαι
Σπεύδω. τίν' ἔχει στάσιν 'ΕΤΔΙΑC.

Lucianus in *Halc.* T. I. p. 180. Μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις ΚΑΤΑCΤΑCIC 'ΕΤΔΙΑC ἐγένετο.

In eadem Tragoedia Fr. IX. ap. *Stob.* X. p. 125.

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κακή.
Ὅστις δὲ ΠΛΕΙCΤΟΝ μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὐ·
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι ψόγον.

Inepta ſententia, eum qui amplis ac ſplendidis praemiis ad facinus aliquod patrandum adductus fuerit, nullo modo excuſari poſſe: cum contra omnes in eo conveniant, praemiorum amplitudinem unam facinoris excuſationem haberi. Acute igitur *Heathius* vidit, vitium in πλεῖστον latere, eamque vocem cum παῦρον ſ. σμικρὸν commutandam eſſe conjecit. Neſcio tamen an fortaſſe melius ſcribatur:

Οστις δὲ ΛΙΤΟΝ μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν —

Qui

Qui modicum praemium accipiens improbus ſit, ei nullo modo ignoſcitur. — Eodem fere modo litera Π adhaeſit verbo λειῶντα in *Epigrammate Addaei* VI. Anal. V. P. T. II. p. 242.

Ἴνδην βήρυλλόν με Τρύφων ἀνέπεισε Γαλήνην
εἶναι καὶ μαλακαῖς χερσὶν ἀνῆκε κόμας.
Ἠνίδε καὶ χείλη νοτερὴν ΠΛΕΙΟΝΤΑ θάλασσαν
καὶ μαστοὺς, τοῖσιν θέλγω ἀνηνεμίην.

Galene, marina Nympha, Tryphonis manu in beryllo caelata loquitur. Verba ſunt *Brunkii* V. Ill. in Animadd. — Omnia perſpicua et explicata praeter verſum tertium, ubi intelligo, quid ſignificent *labia, quae mare tranſeunt.* Vna litera inducta veram mihi poetae manum reſtituiſſe videor:

Ἠνίδε καὶ χείλη νοτερὴν ΛΕΙΩΝΤΑ θάλασσαν.

mare ſcilicet ore pulcherrimum Nymphae conſpecto mitigatur. Similiter *Anyte* Epigr. V. T. I. p. 198.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος, ἐπεὶ Φίλον ἔπλετο τήνᾳ
αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος,
ὄφρα φίλον ναύτῃσι τελῇ πλόον· ἀμφὶ δὲ πόντος
δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον.

λειοῦν et λειαίνειν ſynonyma ſunt τοῦ θέλγειν et θηλύνειν, quo verbo in ſimili re utitur *Marcus Argentarius.* Epigr. XXIV. T. II. p. 272.

χειμῶνες γὰρ ἀπέδραμον ἄρτι δὲ κῦμα
γλαυκὸν θηλύνει πρηΰγελως Ζέφυρος.

In quinto verſu fragmenti Euripidei, a quo digreſſi ſumus, levis corruptela haerere videtur, quam ſic eximendam eſſe ſuſpicor:

Τὸν τῶν ψεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι λόγον.

Facilius vituperantium ſermones feret. λόγος vero et ipſam *vituperationem* audit. v. Markland. ad Suppl. v. 565. p. 155.

CAPVT

CAPUT XXIV.

Fragmenta Euripidis *aliquoties emendantur.* αἰθέρος ἔθη. Βλέπει et τρέπει *confuſa.* Στέφανος τιμῆς. *Corpus animae ἔλυτρον.*

In Fragmento I. *Danaes* ſervato a *Stobaeo* in Ecl. Phyſ. c. X. legitur;

Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
Τὸν δ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ΈCTI ΔΗ.

Alterum verſum tentavi in *Specimine Emendatt.* c. II. p. 12.

τὸν θ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ΈCT' ΈΘΗ.

Neque nunc me poenitet hujus conjecturae. Quae αἰθέρος ἔθη hoc loco appellat Tragicus a *Virgilio* Georg. I. 51. *coeli mores* vocantur.

Ventos et varium coeli praediſcere morem.

V. *Burmann.* ad *Propert.* p. 516. ubi ſunt *naturae mores.* Et ap. *Manilium* IV. 122. *Signorum mores. Lucret.* I. 296. *Venti*

— *factis ac moribus aemula magnis*
Amnibus inveniuntur.

In IIdo Fragmento ejusdem Tragoediae vulgatur:

φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
ΤΡΕΠΕΙ χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Scribendum videtur:

ΒΛΕΠΕΙ χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν

Erechtheus Fr. I, v. 1.

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται
Ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἱ δὲ δρῶσι μὲν
χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι.

Corruptelam tertii verſus metri vitium indicat. *Musgravius* leni verborum tranſpoſitione rem peragi poſſe putans, emendavit: χρόνῳ δὲ πολλῷ δρῶσι. Cum tamen χρόνῳ jam per ſe indicet, poſt longum temporis intervallum aliquid fieri (cf. *Valken.* in *Theocr.* Adon. p. 210.) cumque praeterea δυσγενέστεροι nude poſitum diſpliceat, legendum conjeci:

χρόνῳ δὲ δρῶσι πολλὰ δυσγενέστεροι.

Τοῦ πολλὰ ſic poſiti duo exempla praebet *Sophocl.* Electra.
v.

v. 415. Πολλά τοι σμικροὶ λόγοι Ἔσφηλαν ἤδη. et v. 603. Ὃν πολλὰ δή με σοὶ τρέφειν μιάστορα Ἐπητιάσω. — Metri vitio alia ſeſe corruptela prodit in v. 36.

Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ παρήνεσαν κακά.

Muſgravius pro εἵλοντο a poetae manu ἔθελον profectum eſſe ſuſpicatur. Quod cum nimis a vulgatae ſcripturae literis abſit, ſcribendum puto

Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας ΕΙΧΟΝ καὶ παρήνεσαν κακά.

Odio mulieres habeo, quae liberorum vitam honeſtati et gloriae praetulerunt. Mox v. 39. legitur:

ΤΗι ΜΗι δὲ παιδὶ στέφανος Ἡ ΜΙΑ ΜΟΝΗ
Πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται.

Parum placet hoc in loco ſagaciſſimi alias *Tyrrwhitti* emendatio — στέφανος εἷς μία μόνη. neque ſatisfacit *Heathii* conjectura, legentis: ἡ μόνη μία. Mihi in mentem venit

Τῇ μῇ δὲ παιδὶ στέφανος ΤΙΜΗΣ, ΜΟΝΗι
Πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.

Meae autem filiae honoris corona imponetur, quandoquidem una inventa eſt, quae mortem pro civitate obiret. στέφανος τιμῆς ut στέφανος εὐκλείας ap. *Euripid.* Suppl. v. 315. cf. *Valkenaer.* ad Phoen. p. 463. *Simonides* Epigr. in Anal. Vet. Poet. T. I. p. 133.

Οὗτος Ἀδειμάντου κεῖνου τάφος οὗ διὰ βουλὴν
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Si cui orationis ſtructura in emendatione noſtra paulo durior videatur, legat ille transpoſitis verbis:

ΤΙΜΗΣ δὲ παιδὶ στέφανος ΤΗι ΜΗι μόνῃ,
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.

Valkenaerius in Diatribe. Cap. VI. in quo Anaxagorea quaedam de duobus rerum creatarum principiis docte perſequitur, egregie nonnulla diſputavit de loco *Euripidis* ap. *Plutarch.* T. II. p. 416 C. D. a prioribus Euripideorum editoribus negligenter tractato.

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκί, διοπετὴς ὅπως
Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα
ΜΙΚΡΟΝ ΔΕ ΣΩΜΑ.

Vt paucis dicam, *Euripides* mihi ſcripſiſſe videtur

— — πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα
ἘΛΑΤΤΡΟΝ Δ' ἘΣ ἈΙΑΝ.

Egregie

Egregie firmatam video hanc paulo audaciorem conjecturam verſu *Admeti* cujusdam ap. *Lucian.* in Demon. repetito in Anal. V. P. T. II. p. 308.

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἘΛΥΤΡΟΝ, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

Ἔλυτρα autem vocantur quaecunque velamenta ſive putamina. *Euſtath.* in Odyſſ. A. p. 1389 ed. Rom. Μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν τῇ ἀλληγορίᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα ὡς συγκαλύπτουσαν ἐντὸς δίκην ἘΛΥΤΡΟΥ τὸν ψυχικὸν μάργαρον. Eadem fere metaphora utitur *Incertus Auctor* Epigr. DCXIV.

— Ἐς οὐρανίας ἀρ' ἀταρποὺς
ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη.

Maximus Tyr. Diſſ. XVI. 2. p. 288. Ἡ δὲ ψυχὴ ἐκδῦσα τοῦ σώματος ἐπλανᾶτο ἐν τῷ αἰθέρι. Ceterum confer *Moſchion.* ap. *Stob.* CXXII. p. 611. *Incerti Epigr.* DXLIV. *Pythagor.* v. 70. *Alexid.* ap. *Diogen. Laert.* in Vit. Platonis. Alia vide ap. *Valkenaer.* in *Diatr.* l. c.

Euripidis eſſe videtur quod legitur in Eclogis Phyſicis *Stobaei.* T. VII. p. 119 Grot.

— Οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστι καὶ ΠΕΡ'ΩΝ ΠΟΝΩ.

Sic Mſc. — *Grotius* dedit ex conjectura:

— καὶ παρὼν πόνῳ

in quo ſenſum deſidero. Scripſerat forſitan Poeta, ſive *Euripides* ſive alius:

Οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστι καὶ ΠΟΡΡΩ ΠΟΤ' ὬΝ.

quae emendatio egregie firmatur *Incerti* cujusdam *Autoris* verſu, in eodem Titulo ſervato p. 125.

Πόῤῥω γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν κλύει.

Et ſic ſemper ſibi opponuntur τὰ ἐγγὺς et τὰ πόῤῥω ὄντα. *Stob.* Ecl. Phyſ. T. XXII. Καίει τὰ πόῤῥω τἄγγυθεν ξυκρατ' ἔχει. ut *Valken.* emendavit hunc locum. *Maximus Tyr.* Diſſ. XXXIV. p. 405. Αἱ τῶν θυμιαμάτων ὀδμαὶ καὶ τοῖς πόῤῥω οὖσι προσέβαλον.

FINIS ANIMADVERSIONVM IN EVRIPIDEM.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES

IN

STOBAEI FLORILEGIVM.

EPISTOLA CRITICA

AD

VIRVM CLARISSIMVM

NICOLAVM SCHOW.

A. M.

O

NICOLAO SCHOW

VIRO ERVDITISSIMO

S. P. D.

FRIDERICVS IACOBS.

Ioannes Stobenſis ex eorum eſt ſcriptorum numero, qui, cum neque ingenii neque eloquentiae laude ſint conſpicui, ſumma tamen, quam in compilandis aliorum ſcriniis praeſtiterunt, diligentia, nomina ſua ad omnem poſteritatem propagarunt. Cum enim innumerabilia veterum poetarum, legumlatorum, philoſophorum ejusdemque generis ſcriptorum fragmenta, undique delibata, in unum corpus collegerit, inter paucos alios dignus eſt, ex quo, quae tam ad interiorem antiquitatis cognitionem comparandam, quam ad locupletandam ornandamque orationem faciunt, tanquam ex largiſſima utiliſſimisque rebus copia inſtructiſſima penu depromantur. Quis eſt enim, quaeſo, paulo humanior, qui non maximas gratias habendas eſſe duxerit ei, qui ſcriptorum, quorum integra opera aetas nobis invidit, diſcerpta ſaltem membra pretioſiſſimasque reliquias admirabili quadam deſcripſit conſervavitque diligentia? Quare ſaepe dolui, ſaepe etiam miratus ſum, tam praeclarum tamque utile opus ſitu et ſqualore obſitum jacere, neque dignum judicari, quod denuo majori diligentia, cura atque induſtria edatur, emendetur et illu-

ſtretur; praeſertim cum tantam depravatorum locorum frequentiam in eo ineſſe animadverterem, ut nullus fere alius ſcriptorum veterum aut ſaepius emendatricem manum implorare aut plus laudis et gloriae polliceri videretur. Itaque cum fama ad nos perlata eſſet, TE, VIR DOCTISSIME, *hanc in* TE *provinciam ſuſcepiſſe, ut pretioſum hunc praeſtantiſſimarum rerum theſaurum a ſordibus, quas diuturnitate temporis contraxit plurimas, purgatum, priſtinoque ſplendori redditum, eruditorum hominum oculis exponeres; vehementer laetatus ſum, Ioannem meum Stobenſem editorem eſſe nactum, cum ingenii, acuminis doctrinaeque laude praeclarum, tum omni genere adminiculorum, quorum Roma* TVA *magnam* TIBI *copiam ſuppeditat, inſtructiſſimum. Laetatus ſum, inquam, et ego et quicunque alii ſuaviſſimas haſce literas, ut par eſt, plurimi faciunt, quique norunt, et quid in hoc ſcriptore praeſtari poſſit, et quid* TVVM *ingenium,* TVA *doctrina et diligentia valeat. Neminem igitur eſſe ſcias,* VIR CLARISSIME, *in his quidem terris paulo eruditiorem, qui non honeſtiſſimum* TVVM

conſilium ſummopere laudet atque praeclarum et perfectum opus a TE expolitum iri ſibi perſuadeat. TV vero, VIR CLARISSIME, noli, quaeſo, mirari, quomodo factum ſit, ut literas ad TE dare iisque tenue hoc et levidenſe munuſculum adjungere non erubeſcerem. Plurima ad hunc ſcriptorem, cujus TV editionem paras, pertinentia, inter legendum notata atque in adverſaria relata ſervabam, quae tempus hoc idoneum nactus diutius latere nolui; ita mihi perſuadens, TE, quamvis unus omnium hujus tantae molis gubernaculo ſuſtinendo maxime ſis idoneus, tamen, ſi qui alii operam ſuam quantulamcunque apud TE profiteri lucubrationesque ſuas TECVM communicare voluerint, id pro humanitate TVA benevolo animo acceptum eſſe. Cum praeterea magno quodam tenerer deſiderio approbandi TIBI, ſi minus ingenium et acumen at certe amorem et ſtudium, hanc opportunitatem mihi eripi non ſum paſſus, ſed quae in libri mei marginem temere, ut fieri ſolet, conjeceram, excutere atque in ordinem redigere coepi. Hoc enim TIBI perſuadeas velim, cum eſſe TE, quem ego jampridem, cum pro-

pter alia multa, quae in TE praeclara ſunt, quaeque mihi cum Goettingae ſub Heynii mei, ejusdemque TVI, auſpiciis ad honeſtiſſimarum artium ſtudia incumberem, ex amicorum, quos ibi reliqueras plurimos, ſermonibus innotuerunt; tum propter excellentem doctrinam atque eruditionem, quae quanta ſit in TE praeclariſſimis operibus editis ſatis luculenter oſtendiſti, in paucis obſervem, colam, diligam. Quod ſi igitur ſtudium meum TIBI, ut opto, haud improbatum fuerit; ſi porro operam, quam in Stobaei Florilegio emendando declarandoque poſui, me non prorſus luſiſſe judicaveris, ampliſſima mihi lucubrationum mearum praemia decreta eſſe exiſtimabo. TV vero, VIR CLARISSIME, in edendo Stobaeo pergas, diligentiamque quam ſoles adhibeas, ut in hominum manus quam emendatiſſimus veniat. Vale mihique fave. Scripſi Gothae. menſe Februario cIↄcIↄccxc.

ANIMADVERSIONES

IN

STOBAEI FLORILEGIVM.

In Sermon. I.

Sermo. I. p. 4. l. 3. *Democritus* praeſentibus docet eum, qui veram felicitatem adipiſci velit contentum neque in beatorum fortunis contemplandis defixum eſſe oportere: Τῶν δὲ ταλαιπωρεόντων τοὺς βίους θεωρέειν, ἐννοούμενον ἃ πάσχουσι ΚΑΡΤΑ, ὅκως ἂν τὰ παρέοντά σοι καὶ ὑπάρχοντα μεγάλα καὶ ζηλωτὰ φαίνηται, καὶ μηκέτι πλεόνων ἐπιθυμέοντι συμβαίνῃ κακοπαθέειν τῇ ψυχῇ. Latinus interpres vocem κάρτα ad ἐννοούμενον traxit: *valde animo vertentem*; quod ut commode et pro graecae linguae indole fieri poſſit, equidem vereor. Scribendum fortaſſe: ἃ πάσχουσι ΚΑΚΑ. δεινὰ, κακὰ πάσχειν paſſim apud optimos antiquitatis ſcriptores reperitur. Odyſſ. K. 189.

Κέκλυτέ μευ μύθων, ΚΑΚΑ περ ΠΑϹΧΟΝΤΕϹ
ἑταῖροι.

Idem verbum male in *Plutarchum* irrepſit *de Superſtitione.* T. II. p. 170. Frcf. Vol. VI. p. 651. *Reisk.* Superſtitioſum, inquit, Deos, quos ſibi infeſtos putat, odio habere opus

eſt; neque quod ſacrificiis deveneratur, amare eos propterea exiſtimari debet. *Καὶ γὰρ τοὺς τυραννοὺς ἀσπάζονται, περιέπουσι, χρυσοῦς ἀνιστᾶσιν, ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ* ΚΑΡΤΑ ΘΥΟΝΤΕC. Vltima verba corrupta eſſe *Xylander* animadvertit. *Reiskius* tentavit *κάρτα θεραπεύοντες,* qua conjectura admiſſa oratio languet. Quare corrigendum eſſe ſuſpicor: *ἀλλὰ μισοῦσι, σιγῇ* ΚΑΚΟΡΡΟΘΟΥΝΤΕC. Vtitur hac voce *Ariſtophanes* in *Theſmoph.* 903.

Ξένη, τίς ἡ γραῦς ἡ ΚΑΚΟΡΡΟΘΟΥCΑ *σε;*

κακολογοῦσα. κατηγοροῦσα. λοιδοροῦσα. ἐνυβρίζουσα. Scholiaſt. Euripides Hipp. 340.

Τέκνον τί πάσχεις; συγγόνους ΚΑΚΟΡΡΟΘΕΙC;

Odio habent, quem publice venerantur, et tacite, ne quis malus audiat (Ovid. Triſt. I. l. 29.) *mala ei imprecantur.* Quis non meminerit nobiliſſimi loci ap. *Horat.* I. Epiſt. XVI. 57.

Vir bonus omne forum quem ſpectat, et omne tribunal
Quandocunque Deos vel porco vel bove placat
Iane pater, clare, clare cum dixit, Apollo,
Labra movet metuens audiri: Pulchra Laverna
Da mihi fallere.

Democritus in fragmento, unde progreſſi ſumus, ita pergit: *Ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας καὶ μακαριζομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ τῇ μνήμῃ πᾶσαν ὥραν προσεδρεύων, αἰεὶ ἐπικαινουργεῖν, καὶ ἐπιβάλλεσθαι. δι' ἐπιθυμίην τοῦ τι πρήσσειν ἀνήκεστον, ὃ νόμοι κωλύουσι. Διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζεσθαι χρεών,* ΕΠΙ ΔΕ ΤΟΙC *εὐθυμέεσθαι.* Vox excidiſſe videtur. Fortaſſe: *ἐπὶ δὲ τοῖς παρέουσι εὐθυμέεσθαι.* Vt paulo ſuperius: *καὶ τοῖς παρέουσιν ἀρκέεσθαι.* Sive emendandum: *διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζεσθαι χρεών,* ʼΕΙ ΠΟΘΕΕΙC *εὐθυμέεσθαι;* ita ut literas, quae diſtractae ſunt, jungas. Ex omnibus

bus enim fontibus, unde corruptelae in veterum monumenta profluxerunt, nullus fere eſt uberior, neque ex quo plus obſcuritatis et difficultatum antiquorum ſcripta contraxerint. Saepiſſime, tanquam Abſyrti alicujus membra, ita verborum elementa divulſa atque disjecta ſunt. Quae res non animadverſa veterum ſcriptorum editores atque interpretes, graviſſimis perſaepe erroribus implicuit. *Brunkius* quidem, cui eruditione pauci, ingenii autem acumine nemo fere anteferri poteſt, male procul dubio conſuluit elegantiſſimo Epigrammati, quod legitur inter Αδεσποτα. T. III. Analect. ccxxxii. in quo hortorum Deus loquens inducitur:

> Τὸυμπραςίη φύλακος μακρὰν ἀποτῆλε φύλαξαι
> τοῖος ἐγ' ἐιμὶ κύων, ὦ παρ' ἐμ' ἐρχόμενε.
> Σύκινος, ὀυ ῥυκάνῃ πεπονημένος, ὀυδ' ἀπὸ μίλτου
> ἀλλ' ἀπὸ ποιμενικῆς ἀυτομαθοῦς ξοίδος.
> ἀχρείως γέλασον ΦΥΤΑ Δ' ἔυκηλος πεφύλαξο.
> σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

Sic in Analectorum opere edidit Vir ſagaciſſimus. Vulgata vero peſſime corrupta lectio haec eſt:

> ἀγρεῖος γέλασον· ΜΕΤΑ Δ' ἔυκηλος πεφύλαξο.
> σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

Equidem leviſſima medicina adhibita corruptum hunc verſum integritati ſuae ita reddendum ſuſpicor:

> ἀχρεῖον γέλασόν ΜΕ· ΤΑΔ' ἔυκηλος πεφύλαξο
> σίνεσθαι,

Licet me ruſtica fabricatum manu derideas, modo haec, quae cuſtodio, ne laedas cave. Nemo non videt et quam facilis ſit emendatio et quam bene haec verba conveniant *ficulneo* illo *Deo*, quem faber:

> *Incertus ſcamnum faceretne, Priapum*
> *Voluit eſſe Deum.*

Multum facit ad firmandam hanc conjecturam Epigramma *Antiſtii* II. Vol. II. p. 284.

'Αγροφύλαξ ἕστηκα πολυκτεάνοις ἐν ἀρούραις
Φρίκωνος καλύβην καὶ φυτὰ ῥυόμενος.
Τοῦτο λέγων πρὸς ἕκαστον· 'ΕΠΗΝ ΓΕΛΑΣΗΙΣ
'ΕΣΙΔΩΝ ΜΕ
τοῦ σκεύους, χώρει τὴν κατὰ σαυτὸν ὁδόν.
Ἢν δε παρεκβαίης ἐς ἃ μὴ θέμις ὄυτι σ' ὀνήσει
Ἡ λάχνη· τρυπᾶν πάντας ἐπιστάμεθα.

cf. etiam Epigr. *Archiae*. XVII. Vol. II. p. 96. Et *Luſus*. Carm. IX.

Inſulſiſſima, quid puella rides
Non me Praxiteles Scopasve fecit,
Nec ſum Phidiaca manu politus
Sed lignum rude villicus dolavit
Et dixit mihi: Tu Priapus eſto.

Αχρεῖον vero an ἀγρεῖον legendum ſit, non definio. Alterum firmari poſſit ex Homer. Ιλ. β. 269. alterum ex *Ariſtophanis* Theſm. 167.

Ἄλλως δ' ἄμουσόν ἐστι ποιήτην ἰδεῖν
'Αγρεῖον ὄντα καὶ δασύν.

v. *Kuſter* ad *Ariſtoph. Nubes*. 655.

Sed ut eo redeamus, unde nos facta ejus corruptelarum generis, quod ſyllabarum diſtractione continetur, mentio pauliſper abduxit, in fine fragmenti, quod tractamus, legitur: Ταύτης γὰρ ἐχόμενος τῆς γνώμης ἐυθυμότερον διάξεις καὶ ὀυκ ὀλίγας κῆρας ἐν τῷ βίῳ διώσεαι. Corrigendum forſitan: καὶ ὀυκ ὀλίγας κῆρας ἐκ τῶ βίω διώσεαι. Quae ſint illae κῆρες docet *Valkenaer*. in *Hippol*. p. 283. C. ubi laudat *Hipparchi* locum, a *Stobenſi* ſervatum p. 574. 47. πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. Dialectorum autem ignorata ratio, ut in hoc ita in plurimis aliis locis, librariis tenebras offudit denſiſſimas. In hoc

hoc ipſo ſermone p. 13. 5. in fragmento *Archytae* legitur: Δύο δ' ὁδοὶ τέμνονται ἐν βίῳ. Ἁ μὲν σκυθρωποτέρα, ἂν ὁ τλάμων ἐβάδιζε Ὀδυσσεύς· ἁ δὲ εὐδιεινοτέρα, τὰν ἐπορεύετο Νέστωρ. τὰν ὦν ἀρετὰν φαμὶ ΔΗΛΗCΘΑΙ μὲν ταυτὰν δύνασθαι δὲ καὶ τηνάν. Ἀλλὰ τὰν εὐδαιμονίαν ΚΑΡΥCCΕΙΑ φύσις βίον εὐκταῖον καὶ εὐσταθέα. Non una hic locus menda inquinatus eſt. Primum enim δηλῆσθαι ſenſu caret; quare *Geſnerus* δύνασθαι emendandum conjecit. Equidem legam: τὰν ὦν ἀρετὰν φαμὶ ΔΗΛΕCΘΑΙ μὲν ταυτὰν, δύνασθαι δὲ καὶ τηνάν. Verbum δήλεσθαι Dorum eſt. *Theocrit.* Eid. V. 27. Τὶς δὲ πάρευσας Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα ΔΗΛΕΤ' ΑΜΕΛΓΕΙΝ. Schol. δωρικῶς ἀντὶ τοῦ βούλεται. Vide *Caſaubon.* ad h. l. p. 258. *Heſych.* δήλεσθαι. βούλεσθαι. θέλειν. et Δήλη. βουλή. Mox pro καρυσσεια, voce nihili, *Geſnerus* conjicit: ὀδυσσεία. Parum acute. Corrigendum enim, ni me omnia fallunt: ἀλλὰ τὰν εὐδαιμονίαν ΚΑΡΥCCΕΙ Ἁ φύσις βίον εὐκταῖον καὶ εὐσταθέα. *Natura eam vitam felicem praedicat, quam et vivere nobis conducit quaeque conſtantem curſum tenet.*

Serm. I. p. 6. 42. *Perictyone.* Γαμετρία μὲν ὦν καὶ ἀριθμητικὰ καὶ τἆλλα τὰ θεωρητικὰ καὶ ἐπιστῆμαι καὶ περὶ τῶν ἐόντων κατασχολέονται. Verbum excidiſſe videtur. Fortaſſe: περὶ ἔνια τῶν ἐόντων. Hoc quidem flagitare videntur, quae ſequuntur verba: ἁ δὲ σοφία περὶ πάντα τὰ γέννη τῶν ἐόντων. Et mox: καὶ διὰ τοῦτο σοφία μὲν τὰς των ἐόντων ἁπάντων ἀρχὰς ἀνευρίσκει. Φυσικὰ δὲ τὰς τῶν φύσει γιγνομένων. γαμετρία δὲ καὶ ἀριθμητικὰ καὶ μουσικὰ τὰς περὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ἐμμελές. Pro κατασχολέονται vero haud ſane ſcio an melius legatur: κατασχολέοντι, terminatione Dorica, quam in his Pythagoreorum fragmentis librariorum ignorantia ſaepiſſime obliteravit. Reſtituenda illa, ut exemplum afferam, *Cliniae*, qui p. 8.

6.

6. de virtute ejusque fontibus ita diſputat: Πᾶσα μεν ὂυν (ὦν) ἀρετὰ τελεοῦται καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισται, ἐκ λόγου καὶ προαιρέσεως καὶ δυνάμεως. Τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτῶ ἕκαστον ὀυκ ἀρετᾶς μέρος ἐντὶ, ἀλλ' ἄιτιον ἀρετᾶς. Ὅσοι μὲν ὂυν ἔχοντι τὸ νοατικὸν καὶ γνωστικὸν μέρος ἀυτᾶς δεινοί τε καὶ συνετοὶ 'ΟΥ ΜΑΙΝΟΝΤΑΙ. Ὅσοι δὲ τὸ ἠθικὸν τε καὶ προαιρετικὸν χρήσιμοί τε καὶ ἐπιεικέες. Optime haec diſputavit *Clinias*. Quis autem non intelligit lectionem ὀυ *μαίνονται* longe ineptiſſimam eſſe neque omnino ſenſum fundere. Quare corrigendum ſuſpicor: *δεινοί* τε καὶ συνετοὶ 'ΕΚΒΑΙΝΟΝΤΙ. *Graves prudentesque evadunt*. Sic ſenſus ſalvus et Doriſmus reſtitutus eſt. Vt Latini verbo *evadere* ſic Graeci τῷ ἐκβαίνειν utuntur. *Longin*. Π. Υ. Sect. XLIV. Διόπερ ὀυδὲν ὅτι μὴ κόλακες 'ΕΚΒΑΙΝΟΜΕΝ μεγαλοφυεῖς. *Dionyſ. Halic*. L. VII. 51. Ὅσα δὲ μετὰ τοῦ γενναίου στάντες — ἐναντιώθητε, ταῦτ' ἡμῖν ἐις δέον 'ΕΚΒΕΒΗΚΕ. *Euripid*. Med. v. 228.

Ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκειν καλὰ
Κάκιστος ἀνδρῶν 'ΕΚΒΕΒΗΧ' ὁυμὸς πόσις.

Et ἀποβαίνειν apud *Antonin. Liber*. Metamorph. c. X. p. 76. Καὶ ἀπέβησαν (vulgo male ἀπέβυσαν legitur) ἐκτόπως φιλοεργοί. vide *Munker*. Librario Doriſmus fraudi fuit in Fragmento *Hippodami Thurii* Serm. CI. p. 551. 40. Ταὶ μὲν γὰρ ἐντιναυτῶν καττὰν φύσιν τέλειοι. Legendum: Τοὶ μὲν γὰρ ἐντὶ ἀυτῶν κ. φ. τ.

Perictyone p. 7. 3. quem ipſa ſapientiſſimum habeat virum his verbis exponit: Ὅστις ὦν 'ΑΝΑΛΥCΑΙ ὅιός ἐστι πάντα γένη ὑπὸ μίαν καὶ τὰν ἀυτὰν ἀρχὰν καὶ πάλιν ἐκ τάυτας συνθεῖναι καὶ 'ΑΡΙΘΜΑCΑCΘΑΙ ὅυτος δοκεῖ καὶ σοφώτατος ἐιναι καὶ ἀληθέστατος. Vel antitheſeos ratio, quae eſt in verbis ἀναλῦσαι et ἀριθμάσασθαι poſteriorem vocem corruptam eſſe evincit. Scribendum puto: συνθεῖναι καὶ ἀρθμάσασθαι. A verbo ἀρθμέω *conjungo*,

go, quod vel ex *Homero* notum, cujus nobiliſſimos verſus nemo eſt qui ignoret

Ἡ μὲν ἐμαρνάσθην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο

Ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἈΡΘΜΗΣΑΝΤΕ.

Ιλ. Η. 301. ubi *Scholiaſt*: Ἀρθμήσαντες. φιλιωθέντες. ἀρθμὸν γὰρ τὴν φιλίαν φησί. Verbum ἀρθμὸς reſtituendum quoque videtur corruptiſſimo *Mercurii* loco Serm. CXIX p. 601. ubi vulgatur: Θάνατος γὰρ γίγνεται διάλυσις καμόντος σώματος· καὶ γὰρ ἈΡΙΘΜΟΥ ΠΛΗΡΩΘΕΝΤΟΣ τῶν ἁρμῶν τοῦ σώματος, ἀριθμός γάρ ἐστιν ἡ ἁρμογὴ τοῦ σώματος, ἀποθνήσκει δὲ τὸ σῶμα, ὅταν μηκέτι δύνηται φέρειν τὸν ἄνθρωπον. Difficile quidem eſt de tam mutilato loco certi aliquid conſtituere. Fieri tamen potuit ut ſcriberet Philoſophus: Τοῦ γὰρ ἈΡΘΜΟΥ ΠΗΡΩΘΕΝΤΟΣ τῶν ἁρμῶν τοῦ σώματος (ἀρθμὸς γάρ ἐστιν ἡ ἁρμογὴ τοῦ σώματος) ἀποθνήσκει τὸ σῶμα — *Conjunctione enim compagium corporis ſoluta et mutilata.* Pro πληρωθέντος ſuſpicari poſſis quoque ſcribendum eſſe: ταραχθέντος *Maximus Tyrius* Diſſ. XXXIX. 2. p. 241. Ἡ δ' αὖ νόσος τί ἄλλο ἐστὶν ἢ διάλυσις καὶ ΤΑΡΑΧΗ τῆς ἐν σώματι ἐκεχειρίας, ἐπειδὰν αὖτις συμπέσοντα ἀλλήλοις τὰ τέωσπερ ἩΡΜΟΣΜΕΝΑ πολεμῇ καὶ ΤΑΡΑΤΤΗι καὶ λυμαίνηται, ἀπ' αὐτῶν τὸ σῶμα κλονούμενόν τε καὶ σπαραττόμενον καὶ σειόμενον.

Clinias p. 10. 16. Si quis affectibus ita morem geſſit, ut eorum vi atque impetu agitatus, illis reſiſtere non poſſet, haud ignorans ſe graviter delinquere, εἰδότες ὅτι ἀμπλίσκοντι, ταῦται δὲ οὐ κακίαι ΠΛΑΝΟΝ. Scribendum, ni me omnia fallunt: Ταῦται δὲ οὐ κακίαι ΤΥΓΧΑΝΟΝΤΙ, ut paulo ſupra l. 3. ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι. et l. 7. ἁ ἐγκρατεία καὶ ἁ καρτερία ἀρεταὶ τυγχάνοντι, καθὸ δὲ μετὰ βίας ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως τοῦτο πράσσοντι κακίαι τυγχάνοντι. Error ex compendio ortus, cum ſyllaba

ſyllaba τυγχ contraheretur in πχ. — Finales autem ſyllabas ut hic τι, lineis ſuperſcriptas, non raro omiſerunt librarii. Factum eſſe hoc ſuſpicor in Fragmento *Pindari* ap. *Plutarch.* de Exil. T. II. p. 602. E. *Collect. Frag. Pind.* p. 67. Ὧι δὲ ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον οὐ μικρῶν ἀπαλλάχθαι κακῶν, οὗτος ἄθλιός ἐστιν, μὴ προςλαλῶν ἑαυτῷ τὰ Πινδαρικὰ μήδ' ἐπᾴδων πολλάκις·

Ἐλαφρὰν Κυπάρισσον φιλέειν
ἐᾶν δὲ νόμον Κρήτας περιδάϊων·
ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς δέδοται
ὅθεν ʼΑΔΡΥC πενθέων ΔΕ
οὐκ ἔλαχον οὐδὲ στασέων.

Reliqua felicioribus ingeniis emaculanda relinquens, quartum verſum ſic corrigendum ſuſpicor:

ὅθεν ʼΑΙΔΡΙC πενθέων ΔΕΟΥC
οὐκ ἔλαχον οὐδὲ στασέων.

Agellus mihi ridet, ubi timoris factionumque expers nullis doloribus crucior. Syllaba ους lineae ſupra ſcripta facile negligi potuit. Paulo ante dixerat *Plutarchus*: Ἐγὼ δὲ κἀκεῖνον εἰκάζω φεύγοντα πολιτικὰς ἀρχὰς (F. ταραχὰς) καὶ CΤΑCΕΙC καὶ CΥΚΟΦΑΝΤΙΑC ἐριννυώδεις ἑλέσθαι βραχὺ χώριον ἀπραγμόνως ἐν ἡσυχίᾳ κατοικεῖν.

Archytas. p. 13. 15. Ἀλλ' αἱ μὲν ἀφρόνων λῦπαι ἀλόγιστοι πέλονται· αἱ δὲ φρονίμων ἐς ὅσον ʼΑΛΟΓΩC ἐπιτρέπει ʽΟΡΙΑΔΩΝ τὰ πράγματα. Scribendum ſuſpicor: αἱ δὲ φρονίμων ἐς ὅσον ʽΟ ΛΟΓΟC ἐπιτρέπει ʽΟΡΙCΔΩΝ τὰ πράγματα. *Stultorum quidem luctus rationis fines tranſilit: Sapientium autem dolor non ultra progreditur quam ratio patitur, qua rerum panguntur fines.* Ita *Criton.* Serm. III. p. 43. 18. Φρόνασις μὲν τὸ λόγον ἔχον. Τοῦτο γὰρ κυβερνῆν καὶ ʽΟΡΙΖΕΙΝ πέφυκε. *Plutarch.* T. II. p. 444. B. Τὴν ὁρμὴν — λόγου δεομένην ὁρίζοντος ὅπως μετρίᾳ παρῇ. Id. p. 443. C. λόγου — οὐ βουλομένου τὸ

πάθος

πάθος ἐξαιρεῖν παντάπασιν ἀλλὰ ὅρον τινα καὶ τάξιν ἐπιτιθέντος αὐτῷ.

Idem. p. 13. 42. Summam in Deo eſſe virtutem docet, homines autem multis cauſis impediri, quominus ad ejus faſtigium perveniant. Ἄνθρωπος δ' ου μόνον τῷ θνατῷ τᾶς φύσιος καταστάματι μείονα ταύταν πέπαται· ἔστι δ' ὄκκα καὶ δι' ἈΓΑΘΩΝ ΟΥ ΜΕΤΡΙΑΝ καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν καὶ διὰ φύσιν μοχθηρὰν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς ἀδυνατεῖ κατ' ἄκραν γενναθῆμεν παναλαθέως ἀγαθοῦ. Pro ου μετρίαν jam *Geſnerus* ἀμετρίαν ſcribendum eſſe vidit. Sed ſic quoque relinquitur, quod *Archytam* ſcripſiſſe parum veriſimile eſt, *homines bonorum multitudine a virtutis via deduci.* Fortaſſe legendum eſt: ἔστι δ' ὄκκα καὶ ΔΙΑ ΠΑΘΕΩΝ ἈΜΕΤΡΙΑΝ. *Affectuum immoderantia. Iamblichius* in Epiſt. de Temp. Serm. V. p. 68, 11. Ὅλως γὰρ ἡ τῶν ΠΑΘΩΝ ἈΜΕΤΡΟϹ ἐπικράτεια, οὐδὲ ἀνθρώπους ἀφίησιν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους· πρὸς δὲ τὴν ἀλόγιστον αὐτοὺς ἕλκει φύσιν καὶ θηριώδη καὶ ἄτακτον. *Plutarch.* T. II. p. 444. B. Τοῦτο οὖν τοῦ πρακτικοῦ λόγου κατὰ φύσιν ἔργον ἐστὶ, τό ἐξαιρεῖν ΤΑϹ ἈΜΕΤΡΙΑϹ ΤΩΝ ΠΑΘΩΝ καὶ πλημμελείας.

Archytas p. 16. 39. Ὅθεν οὐκ ἀτυχίαν ἔνεγκεν ἐμμελῶς χαλεπώτερόν ἐστιν ἀλλ' εὐτυχίαν. Πάντες γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ ΜΕΝΟΝΤΕϹ, ὡς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται. *Quicunque in calamitate manent* parum accurate dictum videtur. *Archytas* fortaſſe ſcripſit; Πάντες γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ ΒΑΙΝΟΝΤΕϹ. Mutatio fere nulla, cum tanta ſit literarum β et μ in Codd. ſimilitudo. Vide quae diximus ad Iphig. in T. v. 145. Animadverſſ. L. I. c. XXV. p. 79. Paulo rariorem verbi βαίνειν, qua *ſtare* audit, ſignificationem, docte aperuit *Valkenaer.* ad *Herodot.* VII. 164. p. 581. ubi praecipue de formula εὖ βεβηκὼς diſputat.

Muſonius

Muſonius p. 18. 26. Nihil in domo requirendum praecipit, niſi ut nos quaeque ad victum noſtrum pertinent, recipiat cuſtodiatque: Τί δὲ αἱ περίστυλοι αὐλαὶ; τί δὲ αἱ ποικίλαι χρήσεις; τί δὲ αἱ χρυσόροφοι στέγαι; Vertit *Geſnerus*: *Quorſum vero undique columnis ſuffultae regiae? quo varii et multiplices uſus?* Ineptum hoc. Forſitan: Τί δὲ αἱ Ποικίλαι χρύσεαι; *quorſum tandem inauratae illae porticus.* ποικίλαι enim non eſt a ποικίλος, *varius*, ut *Geſnerus* accepit; ſed a ποικίλη. *Poecile. Auratas porticus* habemus in *Virgil.* Aen. VIII. 655.

Atque hic auratis volitans argenteis anſer
Porticibus.

Aurea tecta paſſim. *Ovid.* Ep. XVI. 177.

Incertus auctor. p. 20. 31. Ἄπαυστον καὶ ἀκόρεστον ἐπιθυμίην χρημάτων μὲν μηκότε ἔχοίην, μούνων δ᾽ αὐτῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἈΔΕΙ᾽ΕΣΕΘΑΙ. Pro δ᾽ αὐτῶν recte emendavit *Geſnerus*: δ᾽ ἐν τῶν. Sed in ultima voce mendum haeret graviſſimum. Olim in mentem venit: ἐθέλοιμι ἀδρήσασθαι. *imbui et nutriri velim.* Cum tam hoc verbum in hac praecipue re paulo inſolentius uſurpatum intellexiſſem, de alia emendandi ratione cogitare coepi, mihique videor ſatis veriſimiliter conjeciſſe, ſcribendum eſſe: μούνων δ᾽ ἐκ τῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἈΡΔΕΣΘΑΙ. *animum utiliſſimarum tantum rerum cognitione irrigari velim.* Eleganti metaphora, quae eſt in ἄρδειν, poſt *Platonem* multi uſi ſunt. *Plato* Rep. L. VIII. p. 494. B. Τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἌΡΔΟΝΤΟΣ καὶ αὔξοντος. *Libanius* Or. IV. p. 174. C. ἄρδεσθαι τὴν ψυχὴν παιδείᾳ. Vide Cl. *Wyttenbach* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 117.

IN SERMONEM III.

Sermon. III. p. 39. 10. Μόνῳ τῷ λόγῳ καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρονι παρακαταθετέον τὸν βίον καὶ τὴν νεότητα. καὶ ʽΥΠΟΔΗΜΑΤΑ.

Βίος ἁρμόζων ἀλυπότερος.

Ita diſtinguuntur duo haec incertorum auctorum Fragmenta. Longe autem ineptiſſimum eſſe, quod adſuitur priori, καὶ ὑποδήματα, nemo tam hebes eſt, qui non intelligat. Valde inclinat animus ut haec verba, quae nunc finem prioris ſententiae conſtituunt, olim in capite poſterioris lecta fuiſſe ſuſpicer. Legendum enim arbitror: Ὡς ὑποδήματα βίος ἁρμόζων ἀλυπότερος. *Vt calceamenta, quae pedibus apta ſunt, ita vitae ratio congrua atque accommodata nobis, minus moleſtiarum affert.* Iam vero haec comparatio vitae cum calceo non adeo inſolens eſt; quippe qua et *Epictetus* utitur in *Enchir.* c. 48. Μέτρον κτήσεως σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποῦς ὑποδήματος. Et *Ariſtippus* in hoc *Florilegio* S. XCII. p. 512 16. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον δύσχρηστον οὕτω καὶ ἡ πλείων κτῆσις. Τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει· τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸν ἔξεστι καὶ μέρει. — Qui in multis rebus *Ariſtippi* ſententiam amplectitur *Horatius*, in hac tamen quaeſtione ſecundum *Epictetum* judicat. I. Epiſtol. X. 42.

Cui non conveniet ſua res, ut CALCEVS olim
Si pede major erit ſubvertet, ſi minor uret.

Chilon. p. 45. 43. Τραχὺς ὢν ἥσυχον σεαυτὸν πάρεχε, ὅπως σε αἰσχύνωνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. In margine exemplaris mei, quod olim b. *Strothii*, immortalis Viri, fuit, manu ejus ſcriptum inveni: Leg. Ἄρχος ὤν. — Similiter, ni fallor, regi morum lenitas commendatur a

 Sthenid.

Sthenid. Pythag. Serm. XLVI. p. 330. 29. Ἄριστα δὲ καὶ μιμέοιτο τοῦτον (τὸν θεὸν) ἐι μεγαλόφρονά τε καὶ ἉΜΕΡΟΝ καὶ ὀλιγοδεέα παρασκευάζοι ἀυτὸν, πατρικὰν διάθεσιν ἐνδεικνύμενος τοῖς ὑφ' ἀυτῷ. Sic enim emendandum puto, pro eo quod vulgo corrupte legitur: ἐι μεγαλόφρονά τε καὶ ἉΒΡΟΝ καὶ ο. κ. τ. λ. Hoc enim inter praecipuas boni regis virtutes numerari ſolet, ſi ἥμερος ſit, atque facilitatem morum lenitatemque prae ſe ferat. *Herodian.* VI. 1. 14. de *Alexandro:* Ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾷον καὶ ἭΜΕΡΟΝ τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Idem fere dixerat L. II. 4. 7. — *Diodor. Sicul.* II. p. 525. Βασιλεὺς τὸ ἦθος ἭΜΕΡΟϹ. *Excerpta Diodori* de Virt. et Vit. T. II. p. 552. Ὅτι Πιττακὸς βαθὺς ἦν καὶ ἩΜΕΡΟϹ. *Lucianus* Nigrin. XXVI. T. I. p. 66. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου,

---

IN

IN SERMON. IV.

Serm. IV. *Eupolis.* p. 53. 50. *Geſn.* p. 31. *Grot.*

Ὅτι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφὸς·
ἢν δέ τις τῶν ἐνδάδ' ΑΥΤΩΝ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν
ἐπιθεῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν.

In ſecundo verſu emendandum forſitan:

ἢν δέ τις τῶν ἐνδάδ' ἈΝΔΡΩΝ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν.

Levis mutatio. Vix enim dici poteſt quam crebro pronomen αὐτὸς alius vocis locum occupaverit. In *Luciani* Nigrino, ut exemplum laudem, §. 6. T. I. p. 43. legitur: Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν ΑΥΤΩΝ οἶμαι θέμις, ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη. A *Luciani* manu αὐτῶν eſſe non poſſe poſt *Guyetum* animadvertit *T. Hemſterhuis.* Vterque hunc locum tentavit, ſed neuter ſatis feliciter. *Lucianus* autem ſcripſiſſe videtur: Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν ΛΙΤΩΝ οἶμαι θέμις. *Neque omnino enim aliorum preces ſpernere fas eſt, multo minus* etc. Reſpicit autem *Lucianus* ſupplicum religionem, quorum proprium eſt λίσσεσθαι. — Idem pronomen in Fragmento *Philemonis.* Serm. LXXIX. p. 467. *Geſn;* p. 343. *Grot.* alius verbi locum occupaſſe videtur:

Οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν
ΑΥΤΟΙΣ ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον,
οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἰς πάλιν
ἐπιλήσεθ' ἡμῶν.

Poeta de literarum inventione loquitur. Videſis an corrigendum ſit

Οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν
ΔΕΛΤΟΙΣ, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον.

 Sic

Sic δέλτων γῆρυς apud *Euripidem* in Euryſth. Fr. VI et in Palamede Fr. II.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακα ὀρθώσας μόνος
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεὶς
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι. —
Ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ
ΔΕΛΤΟϹ διαιρεῖ κ'ουκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

Corruptum quoque ſuſpicor *Pindarum* Neme. III. 112.

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν ʼΑΥΤΟΘΕΝ
Ζεῦ· τέον γὰρ αἷμα.

Iam *Scholiaſtes* ignoravit, quo ſenſu τὸ αὐτόθεν accipiendum ſit: et in variis ejus interpretationibus nulla eſt, quae omni ex parte ſatisfaciat. Quid? ſi ſcribamus:

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν ʼΟΙΚΟΘΕΝ
Ζεῦ· τέον γὰρ αἷμα.

Sic omnia, ni fallor, optime cohaerent. *Genus inde a ſummo Iove deductum ſplendorem iis impertivit.* Verbo οἴκοθεν *Pindarus* in hoc ipſo Carmine utitur v. 53. Οἴκοθεν μάτευε. Pluraque ejus exempla congeſſit et docte illuſtravit *Marklandus* ad Suppl. v. 183. p. 123. — Redeamus ad *Stobaeum* noſtrum.

p. 58. 40. *Ariſtonym.* Πολλοὶ ἀδικηθέντες ὑπὸ ῥητόρων τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσιν· Οὐδεὶς δὲ ʼΑΔΙΚΗΘΕΙϹ ὑπὸ λύκου αὐτὸς λύκος γίνεται καὶ ἀντιδάκνει. Tueri ſe poteſt vulgata lectio verſu *Theocriti* 63. in Eid. VIII.

Φείδευ τῶν ἐρίφων, φείδευ, λύκε, τᾶν τοκάδων μευ
Μηδ' ʼΑΔΙΚΕΙ μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὁμαρτῶ.

et *Xenoph. Epheſ* p. 57. 13. Οὔτε τοῦ ὕδατος ἀδικοῦντος. Attamen verbum ἀντιδάκνειν et antitheſeos adeo leges requirere

videntur

videntur ut corrigas: Ὀυδεὶς δὲ ΔΗΧΘΕΙC ὑπὸ λύκου — ἀντιδάκνει. *Nemo autem cum lupus eum momorderit ipſe lupi mores induet illumque mordebit.* In tanta literarum ſimilitudine facilis fuit librarii lapſus, cui praeterea ex ſuperiore verſu v. ἀδικηθέντες obverſabatur. *Muſon.* Serm. XIX. p. 170. 25. καὶ γὰρ δὴ τὸ μὲν σκοπεῖν ὅπως ἀντιδήξηται τις τὸν δάκνοντα καὶ ἀντιποιήσῃ κακῶς τὸν ὑπάρξαντα, θηρίων τινὸς ὀυκ ἀνθρώπου ἐστίν.

IN SERMON. VI.

Serm. VI. p. 78. 33. Διογένης ἔλεγεν τῶν οἴκων ἔνθα πλείστη τροφὴ πολλοὺς μῦς εἶναι καὶ γαλᾶς· καὶ δὴ σώματα τὰ πολλὴν τροφὴν δεχόμενα, καὶ νόσους ἼCΟΥC ἐφέλκεσθαι. In margine pro ἴσους notatur ἴσας. Neutrum vera ſcriptoris manus videtur. Corrigendum fortaſſe: καὶ νόσους ΠΛΕΙCΤΑC ἐφέλκεσθαι. quod τῷ πλείστῃ τροφῇ in priori membro reſpondet.

Euſebius p. 79. 7. Ψυχῇ σῶμα ἔδοσαν οἱ θεοὶ, ὥστε τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ὑπηρετέεσθαι. Ὁι δὲ πολλοὶ τὸ ἔμπαλιν ποιέουσι, σώματι πρὸς πάντα ΚΑΙ ἘC ΜΟΥΝΑ τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα· τὸ κρέσσον τῷ χείρονι καὶ θνητῷ ἀθάνατον ψυχὴν καταδουλευόμενοι. Hunc locum manifeſte corruptum, ſic reſtituendum ſuſpicor: σώματι πρὸς πάντα ΧΑΡΙΖΟΜΕΝΟΙ τὰ ἐκεινου ὑπουργήματα. *Corpori in omnibus ejus miniſteriis morem gerentes,* Quod ipſe *Euſebius* quodammodo firmare videtur, cujus haec ſunt verba: Ἀκολασίη ψυχὴν λυμαίνεται καὶ CΩΜΑ διαφθείρει, τόπερ ἕνεκα τῆς ἡδονῆς καὶ ὥστε ἈΥΤΩι ΧΑΡΙΖΕCΘΑΙ, τὸν ἔχοντά μιν καταναγκάσει τὰ ἄισχιστα πάντα ποιέειν, Idem Serm. XXIV. p. 189. 10. Πάντα γοῦν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα ἔικοντες ἑαυτοῖς καὶ παρὰ τὸ ἀτρεκὲς ΧΑΡΙΖΟΜΕΝΟΙ αὐτοῖς, τοῖς ἐναντιωτάτοις περιπίπτουσι. *Xenophon.* Mem. Socr. I. 2. 24. Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ σώματι συμπεφυτευμέναι τῇ ψυχῇ αἱ ἡδοναὶ πείθουσιν αὐτὴν μὴ σωφρονεῖν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἑαυταῖς τε καὶ CΩΜΑΤΙ ΧΑΡΙΖΕCΘΑΙ. *Teles.* Serm. XC. p. 502. Ὁ πλοῦτος ἐσεμνύνετο — ἐπιμελεῖσθαι σώματος, ψυχῇ χαρίζεσθαι, *Pindarus* ap. *Athen.* XIII. p. 601.

Ἔιη καὶ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι.

Muſonius p. 82. 52. Eam tantummodo Venerem, quae liberorum procreandorum cauſa fit, honeſtam judi-

cans,

cans, adulterium pro graviſſimo ſcelere, puerorum autem amorem pro infami libidine habendum eſſe docet. Tum pergit: Ὅσαι δὲ μοιχείας ἐκτὸς ΟΥCΑΙ πρὸς θηλείας εἰσὶν, ἐστερημέναι τοῦ γίνεσθαι κατὰ νόμον, καὶ αὗται πᾶσαι αἰσχραὶ, ἅιγε πράττονται δι' ἀκολασίαν. Cum οὖσαι et εἰσὶν mera ſit ſcabrities, corruptum hunc locum judico et fortaſſe ſic emendandum: Ὅσαι δὲ μοιχείας ἐκτὸς CΥΝΟΥCἸΑΙ πρὸς θηλείας εἰσὶν κ. τ. λ.. *Omnis autem coitus, quamvis cum muliere exerceatur, niſi legum auſpicio ſiat, ipſe quoque turpis habendus eſt, quandoquidem non niſi intemperantia atque lubidine peragitur.* — Ex innumeris fontibus unde corruptelae in veteres libros profluxerunt, ille praecipuum locum tenet, cujus modo exemplum dedimus. Saepiſſime enim in Codicibus voces una vel litera vel ſyllaba ab initio minores inveniuntur. Ex hac obſervatione corrigendus videtur *Plutarchus* T. II. p. 779. Frcf. T. IX. p. 117. *Reisk.* quo loco, philoſophorum praecepta, ubi principum animis ſemel inhaeſerint, legum vim ac virtutem adipiſci docet. Inductum eſſe his cauſis *Platonem*, ut navigationem in Siciliam ſuſciperet, cum ſperaret fore, ut *Dionyſius*, Philoſophiae praeceptis imbutus, melior vir evaderet: Ἀλλ' εὗρε Διονύσιον ὥσπερ βίβλιον παλίψηστον ἤδη μολυσμῶν ἀνάπλεων καὶ τὴν βαφὴν οὐκ ἀνιέντα τῆς τυραννίδος, ἐν πόλλῳ χρόνῳ δευσοποιὸν εἶναι καὶ δυσέκπλυτον. ΔΡΟΜΑΙΟΥC δ' ὄντας ἔτι δεῖ τῶν χρηστῶν ἀντιλαμβάνεσθαι λόγων. Nullus ex his ſenſus elici poteſt. Corrigendum puto: ἈΧΡΩΜΑΤΟΥC δ' ὄντας ἔτι δεῖ τῶν χρηστῶν ἀντιλαμβάνεσθαι λόγων. Sic in metaphora perſiſtit *Plutarchus*: *Qui bonorum praeceptorum fructum habere volunt, eorum mentes nullo adhuc colore imbutae eſſe debent.*

In Sermon. IX.

Sermo. IX. p. 103. 18. *Diogenes.* Καὶ γὰρ ἀπὸ ἀκοῆς, καὶ ἀπὸ ὁράσεως καὶ ἀπὸ τῆς τροφῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀφροδισίων, ἡδοναὶ ἔσονται, τῷ δικαίως ἑαυτῷ χρωμένῳ, καὶ κίνδυνοι γίνονται περὶ τὰ πλείστου ἄξια καὶ ἀναγκαιόντα. Poſt χρωμένῳ nonnulla excidiſſe videntur. Nihil ad ſenſum deſiderares ſi legeretur: τῷ δικαίως αὐτῶν χρωμένῳ· τοῖς δὲ οὐ δικαίως χρωμένοις κίνδυνοι γίνονται κ. τ. λ. *Ab omnibus ſenſibus voluptatem percipient, qui iis ad res licitas utuntur: qui contra ad perverſitatem et injuſtitiam abutuntur, ſummis ſeſe periculis implicant.* — Deinde vulgatur: ἢ οὐχ' ἑώρακας τὴν ψυχὴν ταραττομένους καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. καὶ εἰς τὴν θάλατταν ῥιπτοῦντας εἰκῇ καὶ εἰς ἙΤΕΡΑΝ. In margine ἑταίραν notatur. Vtrumque male. Haeſitabundus conjicio: Ἢ εἰς ΠΥΡΑΝ. *Sive in mare ſive in rogum ſeſe conjiciunt.* In maré, ut *Sappho*, in rogum, ut *Evadne* ap. *Euripidem* in Suppl. Act. IV. Vt hic ῥιπτοῦντας εἰς πυρὰν ſic illa v. 1065.

Ἀίσσω θανόντος Καπανέως τήνδ' εἰς πυράν.

Similiter *Glycerium* in Andria Terentii Act. I. Sc. I. 102.

— *ad flammam acceſſit imprudentius*
Satis cum periclo.

Neque tamen fortaſſe male ſcriberetur: εἰς τὴν θάλατταν ῥιπτοῦντας εἰκῇ καὶ ἀπὸ ΠΕΤΡΩΝ, ut *Euripides* ap. *Stob.* S. XCIX. p. 415.

Ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτοὺς
Δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πέτρων ῥίπτειν ἄπο.

ut hunc locum optime emendavit *I. Pierſon* in Verif. p. 140. Ex *Euripidis* loco profecit *Plutarchus.* De ſuperſt. T. II. p. 164. Τοῦτο τὸ ψεῦδος ἰὸν ἔχει, νέμεται τὴν ψυχὴν, ἐξίστησιν, οὐκ ἐᾷ καθεύδειν, ὠθεῖ κατὰ τῶν πέτρων, ἄγχει.

Polus

Polus Pythag. p. 103. 46. Ἐν κόσμῳ μὲν ὦν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῦσα, πρόνοιά τε καὶ ἁρμονία καὶ δίκα ΓΕΝΟΥΣ τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιξαμένων, ἐν πόλει δὲ εἰρήνα τε καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται. Tentavi: Πρόνοιά τε καὶ Ἁρμονία καὶ Δίκα ΚΑΙ ΝΟΥΣ τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιξαμένω — κέκληται. Iuſtitiam (τὰν δικαιοσύναν) omnium rerum matrem atque reginam eſſe docet. *Eam autem, quoad hujus mundi univerſitatem temperat, Providentiam, Harmoniam et Mentem ejus Dei vocari, quo haec omnia deſcripta ſint; quoad autem civitates gubernat, Pacem et Eunomiam appellari.* — Eandem medicinam adhibendam eſſe ſuſpicor *Diotogeni.* Serm. XXVI. p. 327. 43. Βασιλεὺς κ᾽ εἴη ὁ δικαιότατος· δικαιότατος δὲ ὁ νομιμώτατος. Ἄνευ μὲν γὰρ δικαιοσύνας οὐδεὶς ἂν εἴη βασιλεύς· ἄνευ δὲ νόμω δικαιοσύνα· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον νόμω ἐντί, ὁ δὲ γενόμενος αἴτιος τῶ δικαίω. Vix dubito quin emendandum ſit: ὁ δέ γε νόμος αἴτιος τῶ δικαίω. In hanc fere ſententiam *Euripides* in Hecuba v. 799.

Ἀλλ᾽ οἱ θεοὶ σθένουσι χ᾽ ὡ κείνων κρατῶν
Νόμος· Νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
Καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι᾽ ὡρισμένοι.

Lex autem, quam ſignificat Philoſophus, et qui cum eo loquuntur, ea eſt, quam *Cicero* ait, *ſumma ratio, inſita in natura, quae jubet ea, quae facienda ſunt prohibetque contraria.* (De LL. I. 6.) et quae, cum in homine et in Deo ſit, ſocietatem aliquam inter Deum hominemque conſtituit. *Haec autem ratio*, ut idem ait, De LL. II. 4., *non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed tum, cum orta eſt. Orta autem eſt ſimul cum mente divina. Quamobrem lex vera atque princeps, apta ad jubendum et ad vetandum, ratio eſt recta ſummi Iovis.*

IN SERMONEM X.

Sermo. X. *Euſebius.* p. 128. 30. Ὁι πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον ΦΙΛΕΥΜΕΝΟΙ ἀξιεῦσι πολυχρήματοι πεπιστευμένοι, ἠλίθιοι καὶ σκαιοὶ νομίζεσθαι ἢ περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες δεξιοῖ κεκλῆσθαι. Sive vox excidit ante Φιλεύμενοι ſive ſcribendum eſt: ὁι πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον ΦΕΙΔΟΜΕΝΟΙ κ. τ. λ. *Plurimi eorum, qui rei praeter rationem parcunt, modo divites appellentur, ſtulti judicari malunt, quam* etc. Verbum ἀναλίσκειν excidiſſe videtur Fragmento ejusdem *Euſebii*, quod hunc locum praecedit: Τὸ ὀικονομέειν τὰ παρέοντα ἀνδρὸς προνοοῦ· τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν ἐστι τῶν δεόντων χρέεσθαι. Scribendum puto: τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἀναλίσκειν ἐθέλειν ε. τ. δ. χ. *Prudentis quidem eſt, rem ſuam diligenter curare; qui autem nihil prorſus impendere voluerit, nihil ab eo differt, qui ipſis vitae neceſſitatibus caret.* Eandem ſententiam repetit eadem pagina l. 30. Πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ ἐπιθυμέοντα προσκτήσασθαι καὶ πληθόρην μηδέποτε τοῦ τοιούτου (F. πλούτου) λαμβάνοντα καὶ ει Μίδου πλουτέοι μᾶλλον, πένητα καλέω, καὶ Ἴρου, ἣν ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης ἔιχε, ψυχὴν κεκτῆσθαι. — Ceterum Φειδόμενοι, quod ſupra *Euſebio* reſtituimus, hac in re proprium eſt. *Antiphon.* p. 129. 1. ὁι Φειδόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες καὶ προστιθέντες. — Quod hic *Euſebius* diſputat, divitem, rebus ſuis uti neſcientem, nihil ab Iro differe, id gravius adhuc *Demonicus* extulit, p. 129. 12. Χρημάτων ὄρεξις, ἣν μὴ ὁρίζηται ΚΟΡΩι πενίης ἐσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη· μείζονες γὰρ ὀρέξεις μείζονας ἐνδείας ποιεῦσι. Vbi non intelligo, qua ratione ſatietas cupiditati divitiarum terminos pangere dicatur; cum inter Philoſophos conſtet, ſatietatem, τὸν κόρον, in hoc quidem cupiditatum genere nullum invenire locum. Ἀλλὰ, *Plutarchus* ait (De Cupid. Div. T. II.

p.

p. 523. E.) ποτῷ μὲν ἔσβεσαν τὴν τοῦ ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφῇ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο· κἀκεῖνος ὁ λέγων.

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρτα γὰρ ῥιγῶ πλειόνων ἐπιφερομένων δυσανασχετεῖ καὶ διωθεῖται· Φιλαργυρίαν δ' οὐ σβέννυσιν ἀργυρίον οὔτε χρυσίον, οὔτε πλεονεξία παύεται κτωμένη τὸ πλέον. et *Solon.* apud Eundem p. 524. E. Πλούτου, inquit, οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι. Quae cum ita ſint, κόρον in *Demonici* Fragmento locum habere poſſe dubito et corrigendum ſuſpicor: Ἢν μὴ ὁρίζηται ΛΟΓΩι. *Niſi ratio finibus eam circumſcribat.* *Epicurus* Serm. XVII, p. 155. 40. Ἐγκράτεια δὲ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν κατέχουσι τῷ λογισμῷ τὰς ἐπιθυμίας. *Plutarch.* T. II. p. 444. B. τὴν δὲ ὁρμὴν τῷ πάθει ποιεῖ τὸ ἦθος, λόγου δεομένην ὁρίζοντος ὅπως μετρία παρῇ.

Euſebius p. 129. 10. Χρυσοῦ τὸν ΟΙΟΜΕΝΟΝ νόον ἔχειν ὁ νουθετέων τί ματαιοπονέει; Corruptiſſimus locus. *Geſnerus* ab initio eum mutilum eſſe judicans Δεσπότην addi voluit; ſed hoc hariolari eſt, neque ejus conjectura omni ex parte ſatisfacit. Mihi ulcus in οἰόμενον videtur latere et ſcribendum forſitan: Χρυσοῦ τὸν ἘΦΙΕΜΕΝΟΝ ν. ἔ. ὁ. ν. τ. μ. *Qui hominem, divitiarum cupidum, monet ut ſapiat, tempus et oleum perdere putandus eſt.* *Muſonius.* Serm. VI. p. 82. 42. τῶν δὲ σπανίων ἐφιέμενοι. *Sopater.* Serm. XLIV. p. 309. 40. Καὶ ψευδωνύμου τιμῆς ἐφιέμενον. *Plutarch.* T. II. p. 524. A. Οἱ τῶν ἀχρήστων ἐφιέμενοι καὶ περιττῶν.

IN SERMON. XI.

Sermo XI. *Euſebius* p. 135. 22. Ψεύδεσθαι ἐν πόλει, μηδὲ εἷς νόμος ξυγχωρεέτω μηδενὶ, πλὴν τοῦ φιλαλήθεος καὶ νοήμονος, ἐπισταμένου τὲ ὁκότε καὶ ὅκως ΟΥ ΦΙΛΕΕΙ ψεύδεος. Obſcurus locus; quem mihi tamen ſatis probabiliter integritati ſuae reſtituiſſe videor. Scribendum nimirum puto: ψεύδεσθαι ἐν πόλει μηδὲ εἷς νόμος ξυγχωρεέτω μηδένος πλὴν τοῦ φιλαλήθεος καὶ ν. ἐπισταμένου τ. ο. κ. ὅκως ΩΦΕΛΕΙΗ ψεύδεος. *Nulla prorſus in civitate lege mentiri liceat, cum nemo niſi vir veritatis ſtudioſus ac prudens ſcire queat, quando et quomodo mentiri expediat.* Ad ὠφελεέη manu ducit marginis lectio: ού φιλεέη. — Diſertius ſententiam explicavit *Euſebius* paulo ſuperius; ubi humanam mentem, veritatis ceteroquin appetentiſſimam, nonnunquam tamen in aliorum utilitatem veritati mendacium praeferre, docet: ἔστιν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀγαθῷ κεράσας, παρέχεται ἐπ' ΩΦΕΛΕΙΗ ἀνθρώπων, τῶν τούτου χρηζόντων. Vbi autem ejusmodi mendacium adhiberi poſſit, cum intelligi nequeat, niſi temporum rerumque ratione habita, cumque id, ut vulgo loquimur, conſcientiae ſit negotium, facile apparet, nullam legem ſcribi poſſe, qua mentiri liceat. Quare ejusmodi mendacium multum abhorret ab eo, quod vulgo ſic appellari ſolet: ψεῦδος τοῖον ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἁπάντων ψευδέων φύσιος ἐς ἄλλο εἶδος μεταλειφθὲν χρησιμώτατον τέχνῃ καὶ σοφίῃ αὐτοῦ τοῦ νόου, τοῦ φαῦλον πρῆγμα ἐς τοῦτο μετακοσμήσαντος. In quo loco ſcribendum puto: ἐς ἄλλο εἶδος μεταληφθὲν. *mutatum et traductum.* Verbo μεταλαμβάνειν hoc ſenſu utitur *Herodian.* VIII. 2. 11. Ῥωμαίων — μετειληφυῖων ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν. *bellum cum pace commutantes.*

Mercurius. p. 135. 38. Cum corpus noſtrum ex variis diverſaeque naturae partibus conflatum ſit, *Mercurius* nullam ei veritatem ineſſe neque adeo veritatem ab eo cognoſci

cognoſci poſſe concludit. Ἐι δὲ μὴ τὴν ἀρχὴν ἡ σύστασις ἡμῶν ἔσχε τὴν ἀλήθειαν πῶς ἂν δύναιτο ἀλήθειαν ἢ ἰδεῖν ἢ ἐιπεῖν νοῆσαι δὲ μόνον ἐὰν ὁ θεὸς θέλῃ. Poſteriora verba in mendo cubare *Geſnerus* animadvertit, qui in margine corrigendum proponit: ἢ νοῆσαι μόνον, ἐι μὴ ὁ θ. θ. Leviori mutatione corrigo: νοήσεται μόνον ἐὰν ὁ θεὸς θέλῃ. *Cognoſci nequit veritas niſi cum Deus voluerit.* De ſimilibus corruptelis nonnulla diſputat *Valkenar.* ad Hipp. p. 203. A. ubi in *Ariſtaei* Fragmento καταλείπεται corrigit pro κατάλιπέ τε. et in Fragm. *Archytae* δυνασεῖται pro δυνάσει τε. — Eandem fere ſententiam repetit p. 136. 7. Ἀλήθεια μὲν ὀυδαμῶς ἐστιν ἐν τῇ γῇ, ὄυτε γένεσθαι δύναται· περὶ δ' ἀληθείας νοῆσαι ἐνίους τῶν ἀνθρώπων, ὅις ἐὰν ὁ θεὸς τὴν θεοπτικὴν δωρήσηται δύναμιν γενέσθαι. Vltima vox, quomodo reſtituenda ſit, nunc non video. Pro ὅις ἐὰν vero ſcribendum videtur ὅισιν ἄν. — Paulo ante p. 135. 49. totam hanc rerum univerſitatem, quibus mundus continetur, quaeque ſenſibus ſubjecta ſunt, veritatis umbram eſſe docuerat. Καθάπερ καὶ ἡ ἐικὼν τὸ μεν σῶμα τῆς γραφῆς δείκνυσιν, ἄυτη δὲ ὄυκ ἐστι σῶμα κατὰ τὴν φαντασίαν ὁρωμένον. *Mercurium* ſcripſiſſe ſuſpicor: τοῦ μὲν σώματος γραφὴν δείκνυσιν κ. τ. λ. ſive: τὸ μὲν σῶμα ταῖς γραφαῖς δείκνυσιν, ut oppoſitio ſit in verbis δείκνυσι et ἐστί. — Tum pergit, veritatem cum materia nunquam commiſceri, ſed, cum perfecta quaedam virtus ſit, in haec terreſtria cadere non poſſe. Terreſtria enim omnia natura mutabilia eſſe, veritatem autem ſtabilem atque immutabilem. Σὺ δὲ νόει ἀληθές τι ἐιναι τὸ ΜΟΝΟΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΝ. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὀυκ ἔστιν ἀεί. Nullus dubito quin ſcribendum ſit: τὸ ΜΕΝΟΝ ΚΑΙ ἈΙΔΙΟΝ. cujus conjecturae partem praecepit *Geſnerus*, qui τὸ μόνον ἀίδιον in margine propoſuit. Sed μένον quoque verum. p. 136. 48. ὀυδὲν γὰρ μὴ μένον ἐφ' αὐτὸ ἀληθές ἐστιν. et mox: μόνον τὸν ἥλιον μὴ μεταβαλλόμενον μένοντα δὲ ἐφ' ἑαυτῷ.

IN

IN SERM. XVI.

Sermo. XVI. *Euſebius.* p. 154. 9. Ἀνὴρ μεγάλα ἔχων χρήματα ἀποτεθησαυρισμένα, ἔπειτα γνώμῃ μὴ τῇ ἑωϋτοῦ ἐς μηδὲν τῶν δεόντων οἷός τε ἐὼν αὐτοῖς χρέεσθαι κ. τ. λ. Scabra oratio. Tollenda videtur vocula μὴ tanquam ex praecedenti ſyllaba nata. ἔπειτα γνώμῃ τῇ ἑωϋτοῦ ἐς μηδέν. — Simile facinus librarii admiſiſſe videntur in Fragmento *Ioſippi.* Serm. XXXVIII. p. 226. 8. Οὐδὲν οὕτως τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὃ τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχει. Pro παθῶν *Geſnerus* πάντων legendum conjicit. Sed inducendum videtur hoc verbum, annumerandusque hic locus iis, in quibus corrupta lectio emendatiori cedere noluit. Cum enim ἀγαθῶν in παθῶν corruptum eſſet, mox autem poſtliminii jure in textum rediiſſet, vitioſam tamen lectionem loco movere non potuit. Similem plane corruptelam animadvertimus in *Anton. Liber.* Metam. C. XV. v. *Animadverſ.* in *Eurip.* L. I. c. XVI. Vide *Pierſon.* Veriſim. II. 8. p. 230.

Democritus. p. 154. 19. Οἱ φειδωλοὶ τῶν τῆς μελίσσης CITON ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Vocem σίτον me hoc ſenſu legiſſe non memini. In margine οἶτον extat. Fortaſſe corrigendum: Οἱ φ. τὸν τῆς μελίσσης BION ἔχουσι. — Vt in hac ſententia legitur: ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, ita olim lectum fuiſſe puto ap. *Metrodorum* in hoc ipſo Sermone, p. 154. 36. Ἑτοιμάζονταί τινες διὰ βίου τὰ πρὸς τὸν βίον, βιωσόμενοι μετὰ τὸ λεγόμενον ζῆν. Corrige ſodes: ὡς βιωσόμενοι μ. τ. λ. ζ. — Apud *Democritum* autem fieri potuit etiam, ut τὸν τῆς μελίσσης BIOTON legeretur; quod et proxime a vulgata ſcriptura abeſt, et dialecto, qua utebatur *Democritus*, optime convenit. Simile eſt quod dixit *Plutarchus* De Cup. Div. T. II. p. 525. D. Σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις καὶ ταράττεις

τεις καὶ στροβεῖς σεαυτὸν, Κιχλίου BION ZΩN διὰ τὴν μικρολογίαν. *Formicarum* vero *divitiae* in proverbium transiere. *Theocrit.* Eid. XVII. 106.

> Ὀυ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς
> Μυρμάκων ἅτε πλῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων.

Quare *avarus ſenex* apud *Horatium* ejus exemplum pro ſe laudans, *ſicut*, inquit,

> *Parvola, nam exemplo eſt, magni formica laboris*
> *Ore trahit, quodcunque poteſt, atque addit acervo*
> *Quem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri.*

I. Serm. I. 33. — Ceterum in Fragmento ejusdem *Democriti* p. 154. 26. legendum eſſe videtur: χαλεπὸν δὲ ὀυκ ἀτυχεῖν ἑνὸς. pro eo, quod vulgatur: χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνός.

IN SERM. XVII. ET XVIII.

Sermo. XVII. *Muſonius*. p. 160. ult. Ὀυχὶ ὁ Λακὼν τοιοῦτος, ὅς ἰδών τινα, παρακειμένου αὐτῷ ὀρνιθείου τῶν ΠΛΕΙΟΝΩΝ καὶ πολυτελῶν ὑπὸ τρυφῆς ἀνανινόμενον φαγεῖν αὐτὸ, καὶ φάσκοντα, μὴ δύνασθαι, ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, καὶ γυπὸς δύναμαι καὶ τράγου. — ὀρνιθείου τῶν πλειόνων vix aliud quid ſignificare poteſt, quam *avem vulgarem*, τῶν τυχόντων, quod cum autoris mente proximoque epitheto pugnat. Fortaſſe corrigendum: ὀρνιθείου τῶν ΛΙΠΩΝΤΩΝ καὶ πολυτελῶν. *avem ſaginatam atque pretioſam*. Litera π ſaepius verbis adhaeſit ab initio, ut docuimus in *Animadverſſ.* in *Eurip.* L. II. c. XXII. Qui Codices tractarunt, ſciunt librarios literas et verba non raro ita junxiſſe, ut forma τοῦ π exiſteret, deleta ſuperiori ejus linea. Hic fons hujus corruptelae. — Eidem *Muſonio* in proximo *Sermone*. p. 166. 28. gloſſema eximendum videtur, quo ſententiarum ordo turbatur. Verba nimirum: καθόλου μὲν ἴσως τὸ σωφρονεῖν, ex margine textui invecta ſuſpicor. Quibus deletis oratio optime procedit.

Sermo. XVIII. *Plutarchus*. p. 164. 19. Ὦι συνᾴδει καὶ τὸ, μισῶ μνήμονα συμπόταν· Ὁ δ' Εὐριπίδης, τῶν ἀτόπων λήθην σοφὴν εἴρηκε. Nullus dubito quin *Plutarchus* reſpexerit *Euripid.* Oreſt. v. 213.

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν ὡς εἶ σοφή.

quem verſum, pro more, ad conſilium ſuum paululum inflexit. Vocem ἄτοπον *Luciano* reſtituam in Prometheo. 4. T. I. p. 29. ubi Ptolomaeus nigrum Camelum hominemque duplici colore inſignem narratur in Aegyptum adduxiſſe, ſperans fore, ut omnes iſta portenta admirarentur. Cujus rei cum nihil fieret, ὁ Πτολεμαῖος συνεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς οὔτε θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Ἀιγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον κρίνουσι, μετέστησεν αὐτὰ, καὶ τὸν ἈΝΘΡΩΠΟΝ οὐκέτι διὰ

τιμῆς

τιμῆς ἦγεν, ὡς πρὸ τοῦ. Ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελουμένη, τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσατο, καλῶς αὐλήσαντι παρὰ τὸν πότον. Omnes quidem hunc locum ſicco pede tranſierunt, cum tamen duplicem bicoloris iſtius hominis mentionem abſurdam et *Luciani* ingenio parum dignam eſſe appareat. Suſpicor itaque elegantiſſimum Sophiſtam ſcripſiſſe: καὶ τὸ ἌΤΟΠΟΝ οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν. niſi malis: καὶ τὸ ἈΜΟΡΦΟΝ· ut opponatur τῷ εὐμόρφῳ καὶ εὐρύθμῳ in praecedentibus.

SERM. XIX.

P. 169. 35. *Muſonius.* Ὁ δὲ φιλόσοφος εἰ μὴ δύναιτο καταφρονεῖν πληγῶν ἢ λοιδορίας τί ἂν ὄφελος αὐτοῦ ἔιη, ὅν γε φαίνεσθαι δεῖ καὶ θανατοῦ καταφρονοῦντα; ΝΗ ΔΙΑ τοῦ δρῶντος ᾿ΑΥΤΑ ΔΕΙ ἢ τὸν ἐπεγγελῶντα ὑβρίζειν νομίζοντα ῥαπίσαι ἢ λοιδορῆσαι ἢ τι τοιοῦτο ποιῆσαι. Ex apodoſeos verbis ſenſus elici nequit. Fortaſſe a Codicibus tantum melior lectio ſperari debet, fortaſſe quoque corrigendum: ὅν γε φαίνεσθαι δεῖ καὶ θανατοῦ καταφρονοῦντα ῞ΗΚΙΣΤΑ τὸν δρῶντα ᾿ΑΝΤΙΔΡΑΙΝ ἢ τὸν ἐπεγγελῶντα ὑβρίζειν νομίζοντα ῥαπίσαι κ. τ. λ. *Philoſophum enim par eſt injurias minime reddere, neque eum, qui contumeliae cauſa ei irriſerit, verberibus afficere* etc., *quippe qui et ipſum mortis terrorem ſpernere et contemnere debeat.* *Sophocles* Oedip. C. 1189.

ὥστε μηδὲ ΔΡΩΝΤΑ σε
τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ·
θέμις σέγ᾽ ἔιναι, κεῖνον ᾿ΑΝΤΙΔΡΑΙΝ κακῶς.

Particula ἥκιστα reſtituenda videtur etiam *Dionyſio Halicarn.* in Arte Rhet. T. V. p. 231. ed. Reisk. Ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερον ἔι ἐπείη, ὁῖον ὁι καρποὶ Δημητριακοὶ ῍Η ΠΙΣΤΕΩΣ· εὐπορήσεις ΔΕ ΠΟΥ ΚΑΙ περὶ τούτων ἑκάστου. Fortaſſe: ὁῖον ὁι καρποὶ Δημητριακοὶ, ῾ΗΚΙΣΤΑ ΠΩ ᾿ΑΠΟΡΗΣΕΙΣ ᾿ΕΠΑΙΝΟΥ περὶ τούτων ἑκάστου. Sic paulo ante p. 230. Ὀυδὲ γὰρ ἐν τούτῳ γενόμενος ἀπορήσεις ἐπαίνου. In iis quae proxime ſequuntur aliquid excidiſſe videtur. Legitur enim: Δημοσθένης γοῦν καὶ τὸ βλέμματι ὑβρίζειν τινὰς, καὶ ἀφόρητα ἔιναι τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ. Videſis an corrigendum ſit: Δ. γ. καὶ τ. β. ὑβρίζειν φησί τινας. Locus *Demoſthenis* eſt in Orat c. Mid. p. 614. Πολλὰ γὰρ ἂν ποιησέιεν ὁ τύπτων, ὧν ὁ παθὼν ἔνια ὀυδ᾽ ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. Vbi ſenſum Oratoris vides paulo diverſum eſſe ab eo, quo *Muſonius* haec verba accepit. *Demoſthenem*

ante

ante oculos habuiſſe videtur *Gajus* c. Artemiſ. ap. *Stob.* CII. p. 556. 51. Τὸ μὲν ἀδικεῖσθαι καὶ παντὶ ὂυν δεινόν ἐστι. Τὸ δὲ καὶ τῶν τοιούτων τι παθεῖν, ὃ μηδὲ εἰπεῖν ὁ πεπονθὼς δύναται σαφῶς, δυστυχίας ὑπερβολὴν ὀυκ ἔχει.

Idem p. 170. 30. Vt leniores mitioresque induas mores reputandum eſt tibi, homines multo plura incogitanter quam malitioſe facere, quorum eos plerumque ſtatim poeniteat. Τὸ δὲ δέχεσθαι τὰς ἁμαρτίας, μὴ ἀγρίως, μηδὲ ἀνήμερον εἶναι τοῖς πλημμελήσασιν, 'ΑΛΛΑ ΤΙ ΜΕΝ ΕΙΝΑΙ 'ΑΥΤΟΙC ἐλπίδος χρηστῆς, ἡμέρου τρόπου καὶ φιλανθρώπου ἐστί. Difficile eſt de tam corrupto loco certi aliquid pronuntiare. Proxime tamen abeſt a vulgata ſcriptura quod conjecimus: μηδὲ ἀνήμερον εἶναι τοῖς πλημμελήσασιν, 'ΑΛΛΑ ΤΙ ΔΕΙΚΝΥΝΑΙ αὐτοῖς χρηστῆς ἐλπίδος ἤ. τ. κ. φ. ε. *non immitem ſeſe praebere iis, qui in nos peccaverunt, ſed ita nos gerere, ut intelligant, nos de eorum correctione nondum deſperaſſe.*

SERMO. XXVIII. ET XXIX.

Sermo. XXVIII. p. 196. 40. *Euſebius.* Φημὶ πάντα τὸν προαίρεσιν τοῦ ἐπιορκῆσαι ἀναδεξάμενον καὶ ΈΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ἐπὶ τὸν ὅρκον, εἰ καὶ μὴ πελάσει τὸ ἔργον τῆς ἐπιορκίας τύχῃ τινὶ – ὅμως αὐτὸν ἔχειν γνώμην τὴν τοῦ ψευδόρκου. Nullus dubito quin verbum ἐπιορκήσαντα in mendo cubet. Quid eſt enim ἐπιορκεῖν ἐπὶ τὸν ὅρκον? Corrigendum, ni fallor: καὶ ΈΠΟΡΜΗΣΑΝΤΑ ἐπὶ τὸν ὅρκον. *Equidem vero arbitror, unumquemque qui pejerandi conſilium cepit, promtumque ſe et paratum ad perjurium praebuit, etiamſi forte quadam ipſum perjurium non commiſerit, nihil tamen a perjuro differre.* Vt hic ἐφορμᾷν ἐπὶ τὸν ὅρκον ita *Euripides* ap. *Clem. Alexandr.* p. 536. μηδ' εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμῶν. *Herodian.* III. 13. 14. ἅτε δὲ νεανίας σφριγῶντας καὶ ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάσας ἡδονῶν ὀρέξεις ἀπλήστως ὁρμωμένους. — Ejusdem *Euſebii* Fragmentum, corrupte, ni fallor, legitur Serm. XXIX. p. 200. 52. Πόνοι οἱ ἑκούσιοι πόνοισι τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναγκαῖοι· ὥστε αὐτοὺς εὐπετεστέρους παρασκευασθῆναι προπονέονται. Facili conjectura ſcribendum videtur: Πόνοι οἱ ἑκούσιοι π. τ. μ. τ. ἀναγκαίοις, ὥστε α. ε. π., προπονέονται. Labores quos ſponte quis ſuſcipit, praeparant quodammodo eos, quos neceſſitate ſuſcipere cogimur (πόνοισι τοῖς ἀναγκαίοις προπονέονται), quandoquidem hi, illis praeparatis, melius faciliusque procedunt. Idem ait *Democritus* p. 201. 13. Ὁι ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι.

Sermo XXIX. p. 206 41. *Democritus.* Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, ὅταν ὧν εἵνεκεν πονέουσι τυγχάνωσιν ἢ εἰδέωσι κύρσοντες. ʼΕΝ ΔΕ ʼΑΚΟΣ ΤΗι ʼΕΠΙΤΥΧΙΗι τὸ πᾶν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαίπωρον. In corruptiſſimo hoc fragmento hoc ſaltem extra omnem dubitationem

tionem poſitum videtur, non ἐπιτυχίῃ, quod vulgo legitur, neque ἀτυχίῃ, quod *Geſnero* in mentem venit, ſed ἡσυχίῃ legendum eſſe. *Labor*, ait, *otio ſuavior*, *in otio autem omnia ingrata moleſtaque inſunt.* Reliquorum correctio minus certa. Fortaſſe 'EN ΔΕ 'ΑΝΕCΕΙ ΤΗι 'ΕΠ' 'ΗCΥΧΙΗι τ. π. ο. *In illa autem remiſſione quae cum otio conjuncta eſſe ſolet.* In mentem quoque venit: 'ΕΝ ΝΑΡ-ΚΩΔΕΙ 'ΗCΥΧΙΗι ΔΕ πᾶν ο. α. *In illa lethargica tranquillitate autem* etc. Similem medelam *Xenophonti* adhibeam in Mem. Socr. L. II. c. I. 2. Τὸν εἰς τὸ ἄρχειν, νὴ Δία, παιδευόμενον, ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου ΝΑΡΚΗΝ. Sic emendandum ſuſpicor pro eo, quod vulgo legitur: παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν.

SERMO. XXXIV. ET XXXVII.

Serm. XXXIV. p. 216. 1. In Fragmento Philoſophi, neſcio cujus, quantum tamen ex Dialecto Ionica augurari poſſumus, *Euſebii* ſive *Democriti*, ut in omnibus rebus ita in loquendo praecipue temporis ac loci rationem habendam eſſe docetur. Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέναι, σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος. Οἱ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσιν, οὐ ΠΑΡΑΔΕΧΟΝΤΑΙ ΕΝ ΑΡΓΙΗι ΓΝΩΜΗΝ, αἰτεῖν δ' ἔχουσι μωρίας. Plura in ejusmodi locis conjicii queunt, pauca expediri. Ita et nobis plures conjecturae enatae ſunt, quarum tamen nulla ita comparata eſt, ut conſenſum extorqueat. Scripſit igitur forſitan incertus auctor: οἱ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσιν, οὐ ΠΑΡΑΣΧΟΝΤΑΙ ΑΡΤΙΗΝ ΓΝΩΜΗΝ, αἰτίαν δ' ἔχουσι μωρίας. *ita qui intempeſtive cantilenam quamvis elegantiſſime decantant, non ſatis integrae mentis eſſe, ſed potius ſtultitia laborare putantur. Euripides* Tro. v. 417. — οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας. Iphigen. in Aul. 876.

Κλ. Ὦ τάλαιν' ἐγὼ, μεμηνὼς ἄρα τυγχάνει πόσις;
Θερ. Ἀρτίφρων, πλὴν ἔις σὲ καὶ σὴν παῖδα.

Homer. Ιλ. Ξ. 92. Ὅστις ἐπιστάιη ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν. h. ὑγιῆ καὶ ἁρμόδια ut interpretatur *Scholiaſtes*. — De αἰτίαν ἔχειν vide *Buddaeum* in Comment. L. Gr. p. 2. et 1459. *Caſaubon.* ad *Athen.* IX. 11. Ceterum αἰτίαν jam in margine editionis *Geſnerianae* invenitur.

Sermo XXXVII. p. 227. 30. *Euſebius*. Nihil mortalibus exoptatius fieri poſſe, ait, quam ſi, fatis ordine euntibus, filius patri, minor natu majori ſupremos honores faciat. Patriam autem, communem omnium parentem atque nutricem, ut omnibus ſuperſtes ſit, precandum eſſe. Hanc ſententiam equidem in corruptiſſimis verbis latere ſuſpicor. Κοινὴ δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη αὕτη, ἂν πάρα πάντων

των ΦΥΛΑΧΘΕΙΗ ΈΠΙΤΗΔΕΙΑ ΜΟΝΗ τοῦ μηκίστου τὴν ἈΠΟΔΕΧΟΜΕΝΗΝ ἑκάστοτε καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα καὶ δοῦσαν τοὺς προηγησαμένους κ. τ. λ. Fortaſſe hic locus integritati ita reſtituendus eſt: Κείνη δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη ἡ περὶ πάντων ἘΥΧΘΕΙΗ ἘΠΙ ΤΗι ΔΙΑΜΟΝΗι ὡς μήκιστον τὴν ἈΠΟΤΕΚΟΜΕΝΗΝ ἕκαστόν τε καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα κ. δ. τ. π. *Digniſſima autem, quae prae omnibus ceteris ſuſcipiantur, vota ea ſunt, quae quis pro conſervatione et incolumitate patriae fecerit, quippe quae omnes progignat et nutriat.* Iam cauſas mutationum reddamus. Primum induximus αὐτῃ, quod nullum prorſus ſenſum habet, et ex poſterioribus praecedentis verbi ſyllabis originem duxiſſe videtur. Simile vulnus ſanavimus in *Euſebio* et *Ioſippo*. Serm. XVI. De emendatione ἐπὶ τῇ διαμονῇ nemo facile dubitabit, quum quivis eam reperire potuiſſet. Vtitur hac voce in eadem re *Archytas* Serm. XLI. p. 269. 40. et paſſim. Fortaſſe tamen erunt, quos offendat verborum ſtructura paulo inſolentior: ἐπὶ τῇ διαμονῇ τὴν πατρίδα pro τῆς πατρίδος *pro incolumitate patriae*. Sed ab hac quoque parte ſartam tectamque praebet conjecturam noſtram obſervatio, quam *Abreſchius* in Animadverſionibus ad Aeſchylum ſaepius inculcavit, (T. I. p. 55. et paſſim) verbalia multis in locis verborum ſuorum caſus adſciſcere. Eſt igitur ac ſi dixiſſet: ἐπὶ τῷ διαμένειν τὴν πατρίδα. Ex nube exemplorum, quae congeſſit Vir Doctiſſimus, huc maxime facit *Ariſtides* T. III. p. 261. Τεθνᾶναι περιῆν τοῖς βαρβάροις τῷ φόβῳ τοὺς Ἕλληνας pro τῶν Ἑλλήνων.

Sermo XXVIII.

Serm. XXVIII. p. 230. *Teles* in Libro de exilio ridiculum patriae deſiderium exagitans: Καὶ τίνων, inquit, ἡ Φυγὴ ποίων ἀγαθῶν στερίσκει, τῶν περὶ ψυχὴν ἢ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἢ τῶν ἐκτός. Legendum ſuſpicor: Καὶ τίνων ἡ Φυγὴ ἢ ποίων α. στερίσκει. Lin. 33. iterum ποίων legendum: ποίων ὖυν ἀγαθῶν ἡ Φυγὴ στερίσκει ἢ τίνος κακοῦ παραιτία ἐστίν; Quae ſequuntur corruptiſſima ſunt. Ἀλλ' ἡμεῖς ΠΟΛΛΑΧΟΥ ΑΥΤΑΣ κατορύττομεν καὶ Φυγάδες γενόμενοι, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μένοντες. Cum totus hic *Teletis* locus ita inſtitutus ſit, ut cum adverſario quodam diſputare videatur Philoſophus, nullus dubito quin verba ἀλλ' ἡμεῖς κ. τ. λ. pro adverſarii verbis habenda ſint, qui novam difficultatem opponat. Fortaſſe igitur legendum: Ἀλλ' ἡμεῖς ΑΠΗΛΛΑΧΟΤΕΣ κακοτυχοῦμεν Φυγάδες γενόμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μένοντες. Prima verba, ut diximus, adverſarii ſunt, poſteriora reſpondentis philoſophi. *At*, objicit ille, *e patria depulſi exulesque facti male nos habemus. Quin*, reſpondet hic, *male nos quoque habemus in patria degentes.* Ἀπηλλαχότος eodem ſenſu repetit p. 232. 27 καὶ γάρ ποτε αὐτοῦ ἀπηλλαχότος ἀστείως συναντῶντές τινες. ubi fortaſſe corrigendum: ἀστῶν σ. τινες ſ. ἄστεος

Idem. p. 233. 40. Ἡ ὀυ πανταχόθεν ἴση καὶ ὅμοια ἡ εἰς Ἅιδου ὁδός; Fere ut *Leonidas Tarentinus.* Epigr. LXIII. Via ad inferos

Ἰθεῖα δὴ μάλιστα καὶ κατακλινὴς
ἅπασα κἠκμεμυκότων ὁδεύεται.

et *Incertus Auctor* Epigr. CCCCXLIII. Anal. Vet. Poet. T. III. p. 245.

Εἰς Ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις. εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχοις, εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ Μερόης.
Μή σέ γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα.
πάντοθεν εἷς ὁ Φέρων εἰς Ἀΐδην ἄνεμος.

Mox

Mox legitur: Ἀλλ᾽ ἡ περὶ ταφῆς ἌΓΝΟΙΑ, Φησιν ὁ Βίων, πολλὰς τραγωδίας ἐποίησεν. *Geſnero* placuit: ἡ περὶ τ. πρόνοια. Equidem corrigam: ἡ περὶ ταφῆς ἈΓΩΝΙΑ, Φ. ὁ. Β. *Trepidatio circa ſepulturam autem multis Tragoediis anſam dedit.* Sive quod fere malim: ἡ περὶ ταφῆς ἄνοια. *Stulta de loco ſepulturae cura.* Perperam ἄνοια et ἄγνοια confundi multis exemplis evicit *Lennep.* ad *Phalarid.* Epp. p. 215. ſq. *Valken.* ad *Herodot.* p. 469. 66. De ſtructura ἄνοια περὶ τ. vide *Zeune* ad *Viger.* de Idiot. p. 637.

p. 236. 34. *Muſonius.* Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, οὐδὲν ἧττον Φυγὰς ὤν, ἥπερ οἴκοι θαῤῥεῖ πρὸς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, διὸ καὶ λέγει ἃ Φρονεῖ ΘΑΡΡΩΝ οὐδὲν μᾶλλον ἢ ὅταν ᾖ μὴ Φυγὰς, ὅταν Φεύγων τύχῃ. Haec cum ſenſu careant ſive potius ſenſum, menti auctoris contrarium, reddant, *Geſnerus* pro μᾶλλον ſuſpicatus eſt ἧττον legendum eſſe. Equidem corruptelam in v. θαῤῥῶν haerere putem, quod cum librarius in praecedenti linea ſcripſiſſet, facile hic repetere potuit. Conatus ſum igitur emendare: διὸ καὶ λέγει ἃ Φρονεῖ ὈΡΡΩΔΩΝ οὐδὲν μᾶλλον ἢ ο. η. μ. Φ. *Euripides* Andromed. Fr. XXI.

Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
Ὀυ πώποθ᾽ ὕβρισ᾽, αὐτὸς ὀῤῥωδῶν παθεῖν.

quem locum laudat, ubi de verbo ὀῤῥωδεῖν docte diſputat *Valkenär.* ad *Ammon.* L. I. p. 37. Explicat hoc verbum *Moeris Atticiſta* p. 286. per Φοβεῖσθαι ἢ ἀθυμεῖν, et ſic *Moſchopulus* Π. Σ. p. 78.

SERMO XLI.

Sermo. XLI. p. 243. 3. Ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι, κίνδυνος κακῶς ἀκούειν ΚΑΙ ΔΕΙ ΚΑΙ παθεῖν τι, ἀνάγκη τε ἁμαρτάνειν συγγινώσκεσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εὐπετές; Haec corruptiſſima eſſe nemo non videt; neque ego quomodo totum locum probabiliter refingam habeo. Scribendum tamen procul dubio: Ἐπειδὴ ἀμελέοντι ἢ α. κ. κ. α. ΚΑΙ ΔΗ ΚΑΙ π. τ. Reliqua felicioribus ingeniis emaculanda relinquo.

p. 247. 1. Χάριλλος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς διατὶ νόμους ὁ Λυκοῦργος ἔθηκεν, ἀπεκρίνατο· τοὺς ὀλίγοις χρωμένους νόμοις μὴ δεῖσθαι νόμων. Peſſime haec mutilata ſunt. Plenius legitur hoc apophtegma apud *Plutarch.* T. II. p. 189. F. unde *Stobaeus* hauſiſſe videtur: Χάριλλος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς διατὶ νόμους ὀλίγους οὕτω Λυκοῦργος ἔθηκεν, ἀπεκρίνατο, τοὺς ὀλίγοις χρωμένους λόγοις μὴ δεῖσθαι νόμων πολλῶν.

p. 248. 38. *Hippodamus Pythagoraeus* omnem civitatem tribus civium claſſibus confici docet, quarum prima eorum eſt, qui virtute, ſecunda, qui viribus praeſtant, tertia denique eorum, qui quae ad vitae neceſſitatem requiruntur, ſuppeditant. Primam claſſem iterum in tres alias diſtinguit, ita ut primariam partem τὸ πρόεδρον, ſecundam τὸ ἀρχοντικὸν, tertiam denique τὸ κοινοβουλευτικὸν appellet. Πρόεδρον μὲν τὸ προσυνέδρεῦον καὶ τὸ προβουλευόμενον, περὶ τῶν πραγμάτων καὶ ὕστερον ἐπαναφέρον ἐπὶ τὰν βουλάν. Ἀρχοντικὸν δὲ τὸ ΗΤΟΙ ἄρχων ἢ γεγεναμένον ἀρχοντικόν. Corruptelam hujus loci animadvertit *Geſnerus* nihil tamen ipſe tentavit. Fortaſſe legendum: Ἀρχοντικὸν δὲ τὸ ΗΘΕΙ ἄρχων. ii, qui ingenio, natura et indole ad imperandum reliquis deſtinati ſunt, quod ſtatim ipſe ſic explicat: ἢ γεγεναμένον ἀρχοντικόν.

Idem.

Idem. p. 250. 18. Praecipuam magiſtratus curam in eo poſitam eſſe debere, ut ne cives, voluptatum blanditiis atque illecebris decepti et emolliti, labores moleſtiasque fugiant. Luxuriae autem cauſas cum internas eſſe tum externas. Semina enim quaedam mali naturae noſtrae ineſſe, quae, ubi paululum foveris, effloreſcant et pullulent. Hanc internam luxuriae cauſam eſſe. *Διὰ δὲ τὼς ἐκτὸς, ἅικα ξενικὸς ἐπίδαμος ὄχλος γένηται εὐαμερίαις ἐμπορικαῖς* ΚΑΙΡΩΝ. Noviſſima vox in mendo cubat. Corrige ſodes: *εὐαμερίαις ἐμπορικαῖς* ΧΑΙΡΩΝ. Verbo *χαίρειν* Graeci utuntur ut Latini *τῷ gaudere. Eurip.* in Auge. Fr. VII. *κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι χαίρουσιν.* — Verbum *καιρὸν* eximendum eſt, ni fallor, *Plutarcho* de Fort. Rom. T. VII. p. 266. ed. Reisk. ubi de Caeſaris fortuna, qua tempeſtatem effugerat, agitur: *Ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ Βρεντεσίου Πομπήϊον διώκων ἀνήχθη πρὸ μιᾶς ἡμέρας νόννων Ἰουναρίων, χείμωνος ἐν τροπαῖς ὄντος, τὸ μὲν πέλαγος ἀσφαλῶς διεπέρασε, τῆς τύχης* ΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ *ὑπερθεμένης. Reiske* hunc locum ſic explicat: *Fortuna opportunitatem aggrediendi et opprimendi Caeſaris rejiciente et ſibi reſervante.* Dura interpretatio. Mihi ſatis probabile eſt, *Plutarchum,* ut in plurimis ita in hoc quoque loco poetae cujusdam verba reſpicientem, ſcripſiſſe: *τῆς τύχης* ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ *ὑπερθεμένης* ſive *ὑπερθεν ἐχούσης. Solon.* ap. *Demoſthen.* p. 333. A.

Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀμβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη ΧΕΙΡΑϹ ὝΠΕΡΘΕΝ ἜΧΕΙ.

Plura dedit de hac dicendi formula *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 119.

Idem. p. 250. 25. *Ἔτι δὲ εἰ τὸ γνάσιον καὶ τὸ αὐθιγενὲς πλᾶθος τᾶς πολιτείας διαμένει ἀκέραιον καὶ ἀπαράμικτον ὑπάρχον ἀπὸ τῷ ἄλλῳ γένευς καὶ εἰ κ. τ. λ.* Corrigendum: *ἀπὸ τῶ ἀλλογενεῦς καὶ εἰ* — Mox p. 251. 1. legendum

legendum puto: ει καὶ σύνθετος ά πολιτεία ή καὶ συντεταγμένα pro ά πολίτεια ή καὶ συντεταγμένα.

Diotogenes. p. 250. 28. Τοῖς ἀνθρώποις περὶ ΚΑΙ ἀμπέλων, πῶς χρὴ τμηθῆμέν τε καὶ ἐποφθῆμεν, πεφρονημένως ἔχει· τὰ ΔΕ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμελέως τε καὶ εἰκαίως. Legendum: Τοῖς ἀνθρώποις περὶ ΜΕΝ ἀμπέλων — τὰ ΔΕ περὶ τῶν α. κ. τ. καὶ. ε. — Mox corruptiſſime legitur: Ὀιδ᾽ ἐξαρχᾶς νομοθέται, τὸ ΜΕCΟΝ τῶν ἀνθρωπων στάσιμον ὀυκ ἂν δύναιντο ποιῆσαι· κινάσιος ΔΕ ΜΟΝΑC καὶ τάξεως κεκοινωνηκυίας παρακατέζευξαν ὄρχησιν καὶ ῥυθμόν ἔτι δὲ παιγνιὰς, τὰς μὲν εἰς κοινωνίαν προτρεπόμενας, τὰς δ᾽ εἰς ἀλάθειαν καὶ ὀξύτατα ψυχᾶς. In ejusmodi locis, qui tam mutilati tamque corrupti circumferuntur, niſi Codices auxilium adferant, de certa emendatione fere deſperandum eſt. Senſum tamen mihi reſtituiſſe videor ſatis probabilem, ſcribens: Ὁι δὲ ἐξαρχᾶς νομοθέται (ἰδόντες ὅτι) τὸ ΜΕΝΟC τῶν ἀνθρώπων στάσιμον ὀυκ ἂν δύναιντο ποιῆσαι, κινάσιος ἘΥCΧΗΜΟΝΟC καὶ τάξεως κεκοινωνηκυῖαν (ſic margo pro κεκοινωνηκυῖας) παρακατέζευξαν ὄρχησιν καὶ ῥυθμόν. *Antiqui autem legumlatores cum humani animi impetum non facile ſtabilem reddi poſſe perſpicerent, adjunxerunt ei et inſtituerunt adeo ſaltationes, quibus homines decentioribus motibus adſueſcerent.* In μένος et μέσον facilis eſt literarum metatheſis. Verbum ἐυσχήμονος autem, cum prior ejus ſyllaba, fortaſſe propter praecedentem ſyllabam, omiſſa eſſet aut deleta, facile in δὲ μόνας abire potuit. *Decora palaeſtra* apud *Horatium* I. Carm. X. 4. Graecis eſſet: παλαίστρα ἐυσχημὼν; quae decoros motus docet. Opponuntur κινήσεις ἀνελεύθεροι ap. *Plutarch*. T. II. p. 704. D.

Idem. p. 251. 41. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ μέθας καὶ πλησμονᾶς φαῦλόν τι καταπράξασιν τὸν ἀυλὸν καὶ τὰν ἁρμονίαν

μονίαν ΈC Ό TAC συνέσεας κατέσταξαν, ὅπως πεπανόμενον τὸ ἦθος, δύναιτο κατακοσμεῖσθαι. Corrigendum forſitan: καταπράξασιν τὰν αὐλητικὰν ἁρμονίαν ΈC ΏΤΑ CΥΝΕΤΩC κατέσταξαν. *Euripid.* Rheſus 566.

ψόφον στάζει δι' ὤτων.

Oreſtes. v. 615. Ἐις ὖς ἀεὶ πέμπουσα μύθους. Eandem ſententiam profert *Plato* ap. *Plutarch.* T. II. p. 167. Et ipſe *Plutarch.* T. II. p. 1146. D. μουσικῆς κάλλιστον ἔργον — τὸ τῆς ψυχῆς καθάρσιον καὶ ἐμμελὲς καὶ ἐναρμόνιον σύστημα. Maxime autem huc facit *Plutarch.* Symp. T. II. p. 713. A. Τὸν δὲ αὐλὸν οὐδὲ βουλομένοις ἀπώσασθαι τῆς τραπέζης ἐστίν. — Ἀπελήγανε καὶ διεξῆλθε τῶν ΩΤΩΝ καταχεόμενος φωνὴν ἡδεῖαν ἄχρι τῆς ψυχῆς ποιοῦσαν γαλήνην. — ὅσον ἔνεστι τῇ ψυχῇ ἀξύνετον λόγου καὶ ἀνήκοον, μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς ἐπιψάλλοντες καὶ καταυλοῦντες ἔυ τίθενται καὶ καταπραΰνουσιν.

Archytas iterum p. 270. 5. eadem fere diſputat. Καὶ τὰ τῶν κιθαρωδᾶν ᾄσματα νόμοι. Συντάσσοντι γὰρ καὶ ταῦτα τὰν ψυχὰν, ἁρμονίᾳ καὶ ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ΆΕΙΔΟΜΕΝΑ. Haec verba nemini fortaſſe ſuſpecta ſunt. Mihi tamen *Archytas* ſcripſiſſe videtur: — τὰν ψυχὰν, ἁρμονίᾳ καὶ ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἉΔΟΜΕΝΑΝ. *Mentem enim, quae harmonia, rhythmo et metro gaudet, componunt.* — In *Diotogenis* loco, in quo ſatis, ut equidem puto, probabiliter ἐς ὦτα συνετῶς κ. conjecimus, propius tamen a vulgata ſcriptura abeſſet: ἐς ὦτα συνέσεως. *ad mentis aures*; quae locutio apud Graecos non ita inſolens fuiſſe videtur. *Maximus* quidem *Tyrius* Diſſ. XVII. 10. p. 331. *mentis aures* agnoſcit: Πῶς ἔυν ὁρᾷ νοῦς καὶ πῶς ἀκούει; Ὀρθῇ τῇ ψυχῇ καὶ ἐῤῥωμένῃ πρὸς τὸ ἀκήρατον ἐκεῖνο φῶς ἀντιβλέπων καὶ μὴ σκοτοδινιῶν, μηδὲ εἰς γῆν καταφερόμενος, ἀλλὰ ἀποφράττων μὲν τὰ ὦτα, ἀποστρέφων

στρέφων δὲ τὰς ὄψεις καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ἔμπαλιν προς ἑαυτον κ. τ. λ.

Archytas. p. 270. 15. Διὰ τοῦτον ὂυν ὁι πένητες λαμβάνοντι παρὰ τῶν δυναμένων· ὃι δὲ πλούσιοι δίδοντες τοῖς δεομένοις, πιστέυοντες ἀμφότεροι διὰ τούτω τὸ ἶτον ἕξειν. Suſpicor corrigendum eſſe: ὁι δὲ πλούσιοι δίδοντι.

SERMO

SERMO XLII.

Sermo XLII. *Zaleuci prooemium legum.* De toto hoc prooemio accurate, ut ſolet, diſputavit Vir Summus *Heyne* in Opuſc. Academ. T. II. p. 19. ſqq. Initio legitur: *Καὶ νομίζειν θεοὺς ἐιναι καὶ ἀναβλέποντας ἐς ὀυρανὸν καὶ τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐν ἀυτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν· ὀυ γὰρ τύχης ὀυδ' ἀνθρώπων ἐιναι δημουργήματα.* Levi haec forſitan mutatione emendari poſſunt. Deleo punctum poſt *τάξιν* et pro *ὀυ γὰρ* lego *ὄυτε.* — *καὶ τὴν ἐν ἀυτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν ὄυτε τύχης ὄυτ' ἀνθρώπων ἐιναι δημουργήματα.* Ex ſuperioribus autem repetendum: *χρὴ νομίζειν*, quod ſatis commode fieri poteſt. In hanc ſententiam *Cicero* de N. D. II. 2. *Quid enim*, ait, *eſſe poteſt tam apertum, tamque perſpicuum, cum coelum ſuſpeximus coeleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen praeſtantiſſimae mentis, quo haec regantur.*

Idem. p. 280. 6. Πόλιν δὲ Φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιέισθω τῆς ἀυτοῦ πατρίδος, ὡς θεῶν πατρώων νεμεσώντων· ἀρχὴ γὰρ προδοσίας Φύεται τοῖς τοιαῦτα βουλομένοις. Ἔτι δὲ χαλεπώτερον τῆς οἰκείας γῆς CTEPOMENON, ζῆν ἐπ' ἀλλοτρίας. Haec ita vertit *Heyne* V. Ill. p. 28. *Civitatem aliam quam patriam ſuam, amiciorem ſibi ne quis facito: ſi fecerit, Diis patriis iratis id ſe facere exiſtimato. Tale enim ſtudium proditionis initium fieri ſolet. Illud autem etiam gravius, ſi, patrio ſolo relicto, in aliena civitate degat. Patria enim nihil nobis conjunctius.* Ex qua interpretatione ſatis apparet, parum commode dictum eſſe *στερόμενον*, de eo, qui patriam migratione deſeruerit; ut verbis utar ipſius eruditiſſimi interpretis. Sed librarii culpa ſic legi ſuſpicor, cum ipſe *Zaleucus* ſcripſiſſe videatur: *ἔτι δὲ χαλεπώτερον τῆς οἰκείας γῆς* ΈΤΕΡΟΙΟΥΜΕΝΟΝ *ζῆν ἐπ' ἀλλοτρίας. gravius etiam facinus, ſi quis, a patria abalienatus, in alia civitate ſedem figat.* Ἑτεροιουμένη. *ἀλλοιουμένη: Suidas.*

SERMO

SERMO XLIV.

E*uſebius*. p. 309. 30. Τοῦ ἐπιτιμᾷν τινι θανάτου ζημίην τὴν ἐξουσίην ἔιναι ἡγέομαι, ὀυκ ἐν τῷ κύριόν τινα ἔιναι τούτου τὸ καταψηφίσασθαι ἀλλ' — Levis menda his verbis inhaeret, fortaſſe ſic eximenda: ὀυκ ἐν τῷ κύριόν τ. ἔιναι τοῦ τοῦτο καταψηφίσασθαι. — In alio ejusdem ſcriptoris fragmento p. 309. 6. legendum videtur καὶ κοιὴν ἀυτέων τῶν μνημέων ἀυτῷ ἀμείνονα προτιμῆτα. pro καὶ κοινὴν α. τ. μ. ἀυτῷ ἄμεινον π.

Idem. p. 309. 48. Ἀρχὴν ἔχων, κόσμεε· ἀυτὸς δὲ μὴ μεταβάλλεο. ὀυδὲ γὰρ προςλελάβηκάς τι ΟΥΚ ᾨΝ, ὀυδὲ παυόμενος ἔλασσόν τι τῶν πρὶν ΚΑΙ ΛΑΒΕΙΝ ἔιχες, ἐι ΓΕΝΟΜΕΝΟC τὴν ἀρχὴν καταθήσεαι. Locum peſſime corruptum ſic emendandum puto: ὀυδὲ γὰρ προσλελάβηκάς τι ἈΡΧΩΝ, ὀυδὲ παυόμενος ἔλασσόν τι τῶν πρὶν ΚΑΤΑΛΑΒΕΙΝ ἕξεις, ἐι ΤΙΜΩΜΕΝΟC τὴν ἀρχὴν καταθήσεαι. *Neque enim, dum magiſtratum gerebas, majoris, neque eo depoſito minoris eris, ſi eum cum honore et gloria geſſeris*. Firmantur hae conjecturae ſequenti *Euſebii* loco: Ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο· ὡυτὸς δὲ διατέλεε· ὄυτω γὰρ καὶ ἀποθέμενος ὀυκ ἀφῃρῆσθαι τοῦ σεμνύνοντός σε νομισθήσεαι.

Idem. p. 310. 10. Magiſtratus ita ſe gerere debet, ut ſubditos ſibi cives, tanquam pecuniam apud ſe depoſitam illaeſos atque incolumes ſervet. Ὥστε ἀυτοὺς, τὸ ἐις ἑωϋτὸν ἧκον, ἀσινέοντας καὶ ἐυθυνέοντας ἀποδοῦναι τῷ καταπεπιστευκότι. Vertit *Geſnerus*: *Sic ut ipſos, quoad efficere poteſt, illaeſos et in felici ſtatu ei qui credidit reſtituat*. Quamvis haud ignorem verba activa nonnunquam pro paſſivis adhiberi, (v. *Abreſch*. ad *Aeſch*, L. I. p. 86.) tamen ſuſpicor hoc loco legendum eſſe: ὧστε α. τ. ἐις ἑωϋτὸν ἥ. ἀσινέοντα καὶ ἐυθυνέοντα ἀποδοῦναι τ. π. *eosque ita reddat, ut ſe eos optime tractaſſe neque ulla ex parte laeſiſſe vere profiteri poſſit*. — Apud eundem l. 18. in verbis:

καιτοί

καίτοίπερ χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδίκαν, nihil praeter accentum mutandum eſt: *τὸν μ. α. καταδικᾶν.* Hanc formam habemus apud *Herodotum* I. 97. *οὔτ᾽, ἔφη, δικᾶν ἔτι.* ubi doctiſſimum *Weſſelingium* de hoc *Euſebii* loco eandem ſententiam tuliſſe video.

Democritus p. 310. 34. *Καὶ οἱ φυγῆς ἄξια ἔρδουσιν ἢ δεσμῶν ἢ* ΘΟΙΝΗC *ἄξιοι καταψηφισματέον καὶ μὴ ἀπολύειν. Ὃς δ᾽ ἂν παρὰ* ΝΟΤΝ *ἀπολύει, κέρδει ὁρίζων ἢ ἡδονῇ ἀδικεῖ, καὶ οἱ τοῦτο ἐγκάρδιον ἀνάγκη εἶναι.* Hunc locum, non una menda inquinatum, ſic mihi ſatis probabiliter emendaſſe videor: *καὶ οἱ φυγῆς ἄξια ἔρδουσιν ἢ δεσμῶν ἢ* CΤΗΛΗC *ἄξιοι κ. κ. μ. α. Ὃς δ᾽ ἂν παρὰ* ΝΟΜΟΝ *ἀπολύει κ. τ. λ.* — Verborum *θοίνης* et *στήλης* non id eſt diſcrimen ut a librariis permutari non potuerint. Hoc mihi ſaltem perſuaſum habeo, in *θοίνης* certum aliquod poenarum latere genus, neque adeo veram eſſe *Geſneri* conjecturam *ποίνης* legentis. *Στήλης* poenam I. Pollux, VIII. 69. commemorat una cum *φυγῇ* et *δεσμῷ*. *Heſychius* V. *Στηλίτας. Οὕτως ἐκάλουν Ἀττικοὶ, οἵτινες ἐπ᾽ αἰτίαν τινὰ ἐστηλογραφήθησαν. Suidas* V. *Στήλη.* — *στηλιτευτικὸς δὲ λόγος λέγεται ἐκ μεταφορᾶς τῆς στήλης ἢ ἐστι λίθος ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης, τετραγώνῳ σχήματι ἱδρυμένος, ἐν ᾗ γέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις.* et mox in *στηλιτευθῆναι· φανερῶς δημοσιευθῆναι. ἀπὸ τῶν στηλῶν τῶν δημοσίᾳ προτιθεμένων.*

Sopater. p. 312. 22. Honores majoribus haberi a minoribus ipſarum legum auctoritate ſancitum eſt: *τὴν δὲ ἄλλην θεραπείαν, ἢ τυχεῖν αὐτοῖς ἀξιώσουσιν ἢ δι᾽ ὠφέλειαν τῶν ἀρχομένων προσάγομεν.* Corrigendum fortaſſe: *τὴν δὲ α. θ. ἧς τυχεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀξιοῦσιν οὐκ εἰ μὴ δι᾽ ὠφέλειαν τ. α. π. Reliqua autem officia, quae ſibi ab illis (a minoribus) contingere optant, non niſi in ſubditorum utilitatem praeſtemus.* — Apud eundem ſcriptorem p. 311. 27. fortaſſe legendum eſt: *τῷ μέν γε τὸν λόγον εὖ διατιθεμένῳ*

θεμένῳ, cum vulgo legatur: τῷ μ. γ. τ. λόγον διατιθεμένῳ.

Idem. p. 312. 42. Οὓς δὲ ἠγνόεις πρότερον καὶ σαυτῷ προσήκειν οὐδὲν ὑπελάμβανες, πλὴν ὅσον ὡς ἄνθρωπος τὴν κοινὴν φύσιν ἀνθρώπων, αἰδούμενος τούτους ὡς ἤδη γνωρίμους καὶ φίλους ἅπαντας ΘΕΩΜΕΝΟC ΈΙΝΑΙ. *Geſnerus* hunc locum mutilatum putabat; mihi cum diſtinctione tum lectione paululum mutata ſic reſtitui poſſe videtur: Πλὴν ὅσον ὡς ἄνθρωπος τὴν κοινὴν φύσιν ἀνθρώπων αἰδούμενος, πρὸς τούτους, ὡς ἤδη γνωρίμους καὶ φίλους ἅπαντας ΕΥΜΕΝΩC ΕΧΕΙΝ ΔΕΙ. ἔχω εὐνοϊκῶς πρὸς σὲ etiam *Xenophon* dixit. *Herodian.* L. I. 12. Ἀπεχθῶς ἔχοντες πρὸς αὐτόν. Praecipue autem ad hanc emendationem firmandam facit *Archytas* p. 314. 13. ἄτοπον γὰρ ἦμεν ποιμένα μισοπρόβατον καὶ τοιοῦτον, οἷον καὶ ΔΥCΜΕΝΩC ἔχειν τοῖς αὐτοῦ θρεμμάτεσι. Ἔχειν δεῖ vero, quod pro εἶναι repoſuimus, non multum ab hoc abhorrere, nemo qui Codices tractavit ignorare poteſt.

Archytas. p. 314. 19. Ἄριστος δέ κ' εἴη ἄρχων ὁ ἈΡΧΟΤΑΤΩι νόμῳ. οὗτος δέ κ' εἴη ὁ μηθὲν αὐτῶ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν. ἐπειδήπερ οὐδὲ νόμος αὐτῶ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αυτόν. *Geſnerus* conjecit ſive θειοτάτῳ ſive δικαιοτάτῳ, neutrum ſatis probabiliter. Scribendum equidem ſuſpicor: Ἄριστος δέ κ' εἴη ἄρχων ὁ ἈΓΧΙCΤΑ ΤΩ νόμω [ὢν]. *Optimus autem magiſtratus legibus ſimillimus eſt. Legibus autem ſimilis ille dicetur, qui nihil ſua cauſa, omnia in civium utilitatem fecerit.* De locutione ὁ ἄγχιστα ὢν τινος vide *Buddaei* Comment. L. Gr. p. 118. 37. ſq. Ceterum mutatio τοῦ ἀρχοτάτω in ἀγχιστατω fere nulla eſt, cum Γ et Ρ, Ο et C paſſim a librariis confundantur.

SERMO

SERMO XLVI.

Sermo XLVI. p. 327. 45. *Diotogenes*. Βασιλεὺς κ' εἴη ὁ δικαιότατος· δικαιότατος δὲ ὁ νομιμώτατος· ἄνευ μὲν γὰρ δικαιοσύνας οὐδεὶς ἂν εἴη βασιλεὺς· ἄνευ δὲ νόμω δικαιοσύνα· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον νόμῳ ἐντί· ὁ δὲ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ αἴτιος τῶ δικαίω. Nullus dubito quin ſcribendum ſit: Ὁ δὲ ΓΕ ΝΟΜΟΣ αἴτιος τῶ δικαίω. *Lex autem juris et juſtitiae fons eſt.* — Proxima fortaſſe ſic ſcribenda ſunt: ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτοι νόμος ἔμψυχος ἐντὶ ἢν νόμιμος ἄρχη· ſive ἢ νόμος ἄρχων. *Princeps autem viva lex eſt ſive lex principatum gerens.*

Idem. p. 330. 8. Καὶ μὰν τό, τε δικασπολὲν καὶ διανέμεν τὸ δίκαιον, ξυνᾶ μὲν καθόλου, ἰδία δὲ καθ' ἕκαστον, οἰκήϊον βασιλέως, ὥσπερ θεῶ ἐν τῷ κόσμῳ ἀγεμὼν τε καὶ προστάτας ἘΝΤΙ. ξυνᾶ μὲν τὸ ποτὶ μίαν ἀρχάν τε καὶ ἀγεμονίαν τὸ ὅλον ξυναρμόσθαι, καθ' ἕκαστον δὲ τὸ καὶ τὰ κατὰ μέρος τὰν αὐτὰν ἁρμονίαν τε καὶ ἀγεμονίαν συναρμόζεσθαι. Vt nunc legitur et diſtinguitur hic locus, plane inextricabilis eſt. Equidem, majori diſtinctione poſt βασιλέως poſita, reliqua ſic corrigenda ſuſpicor; Ὡς γὰρ θεῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἀγεμόνος τε καὶ προστάτα ἘΝ ΤΗι ΠΟΛΕΙ, ξυνᾶ μὲν τὸ ποτὶ μίαν κ. τ. λ. *Ius dicere et quod cuique tribuendum ſit decernere, reſpectu ad univerſos et ad ſingulos habito, regi proprium eſt. Vt enim Dei eſt in tota hac mundi univerſitate, ita in civitate principis et magiſtratus eſt, cum omnia quibus civitas continetur ad unum ſcopum dirigere, tum efficere ut omnes ejus partes inter ſe apte cohaereant.* Firmatur autem emendatio noſtra ipſius *Diotogenis* verbis, in hac ipſa pagina lin. 21. Ἔχει δὲ καὶ ὃς θεὸς ποτὶ κόσμον, βασιλεὺς ποτὶ πόλιν. καὶ ὡς πόλις ποτὶ κόσμον, βασιλεὺς ποτὶ θεόν· ἁ μὲν γὰρ πόλις ἐκ πολλῶν καὶ διαφερόντων συναρμοσθεῖσα κόσμω σύνταξιν

ταξιν καὶ ἁρμονίαν μεμίμαται. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχον ἀνυπεύθυνον καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται. Propterea

Idem. p. 331. 38. regem Deo quam ſimillimum eſſe debere docet: συνεγγίζοντα τοῖς θεοῖς, — καττὸ ἄθος τῆς ψυχῆς καὶ καττὰς πράξιας καὶ καττὰν νίκασιν καὶ κατὰ θέσιν τῶ σώματος· ὥστε τὼς ΠΟΤ' ΑΥΤΑC ΜΕΝ ΩC αὐτὸν κατακοσμηθῆμεν καταπεπλαγμένως αἰδοῖ καὶ σωφροσύνᾳ τε καὶ διαθέσει τε περὶ τὰν ἐπιτρέπειαν· οὐ γὰρ μεῖον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας τῶ ἀγαθῶ βασιλέως ΠΟΤΑΥΓΑCIC ὀφείλει τρέπειν τὰς ψυχὰς τῶν ΠΟΤ' ΑΥΤΑC. Tentavimus hunc locum in Animadverſſ. ad Euripidem L. I. c. VII. p. 24. Nunc ſe nobis paulo diverſa ab illa conjectura offert. Suſpicor enim a *Diotogenis* manu eſſe: ὥστε τὼς ΠΟΤΑΥΓΑCΜΕΝΩC αὐτὸν κ. κ. et in fine periodi τῶ ἀγαθῶ β. π. ο. τ. τὰς ψυχὰς τῶν ΠΟΤΑΥΓΑCΜΕΝΩΝ. Vtuntur enim verbo αὐγάζειν et αὐγάζεσθαι eadem τοῦ βλέπειν ſignificatione. *Homerus* Ιλ. Ψ. 458. Οἶος ἐγὼν ἵππους αὐγάζομαι. θεωρῶ *Schol. Sophocles* Philoct. 217. ἄξενον αὐγάζων ὅρμον. v. *Abreſch. Animadv. in Aeſchylum.* L. II. p. 372.

Ecphantes p. 332. 44. Ὅτι μὲν ἅπαντος ζώω φύσις, ποτί τε τὸν κόσμον ἅρμοκται καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, πολλοῖς μοι δοκεῖ τεκμαρίοις φανερὸν ἦμεν. Συμπνείουσα γὰρ οὕτω καὶ συνδεδεμένα, τὰν ἀρίσταν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ὀπηδεῖ, ῥύμα τῶ παντὸς ΠΕΡΙ 'ΑΤ ΓΕΝΟΜΕΝΑ, ποτί τε τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν καὶ ποττὰν ἴδιον ἑκάστω διαμονάν. Nullus dubito quin emendandum ſit: ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ὀπηδεῖ, ῥύμα τῶ παντὸς ΠΕΡΙΑΓΟΜΕΝΑ. *Onatus* in Eclogis Phyſ. L. I. p. 4. ed. *Cant.* τοὶ δὲ ἄλλοι θεοὶ οἱ θέοντες ἐισὶ κατ' οὐρανὸν σύν τε τῷ παντὸς ΠΕΡΙΑΓΗCΕΙ κατὰ λόγον 'ΟΠΑΔΕΟΝΤΕC

τῷ

τῷ πρώτῳ καὶ νοατῷ. Hanc περιάγησιν *Euripides* ῥύμβον vocat, v. *Valkenaer.* in Diatribe. p. 38. C. ſqq. — Ad emendanda ea quae ſequuntur: καὶ ἐν μὲν τᾷ χώρᾳ τὰς σελάνας ἔνερθεν. τὰ δι' εὐθείας ἴοντα σώματα; prodeſſe poterit forſitan *Xenocrates* in Eclog. Phyſ. p. 5. qui docet: θεῖον εἶναι καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέρας, πυρώδεις ὀλυμπίους θεοὺς καὶ ἑτέρους ὑποσεληνιαίους δαίμονας ὁρατούς. — Verba: ἐν δὲ τοῖς μέρεσιν αὐτῶ, πολλοῖς τε ὄντεσι καὶ διαφόροις τὰν φύσιν, ἐξάρχει τὶ ζῶον ΚΑΙ ΟΙΚΗΙΟΤΑΤΟΝ ΕΝ ΓΕΝΟΙΝ καὶ διὰ τὸ μετέχεν πλέον τῶ θείω, fortaſſe ſic conſtituenda ſunt: ἐν δὲ τοῖς μέρεσιν αὐτῶ ... ἐξάρχει τὶ ζῶον ΚΑΙ ΤΕΛΗΙΟΤΑΤΟΝ ʼΕΝΤΙ ʻΟ ʼΟΥΡΑΝΟϹ. Sequitur enim: καὶ ἐν μὲν τᾷ χώρᾳ τᾶς σελάνας ἔνερθεν. Quod manifeſte opponitur alicui mundi parti, luna ſuperiori. Cum autem per compendium ſcriberetur ὁ ουνος facile hoc in ονοιν permutari potuit. — Porro inter res humanas nihil eſſe docet divinius aut praeſtantius rege, quippe quem Deus ad ſuam imaginem conformaverit: ὑπὸ τεχνίτα δ' εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν, ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ· ΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΜΑ ΔΙ' ʼΟΝ ʻΟ βασιλεὺς ʻΕΝ ΚΑΙ ΜΟΝΟΝ ʼΕΝ ʻΟΙϹ ΤΙΝΟϹ τῶ ἀνωτέρω βασιλέως. In tam corrupto loco nil niſi hariolari licet. Suſpicatus ſum igitur ſcribendum eſſe: ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν, α. χρ. ε., ʼΑΠΕΙΚΑϹΜΑ ΤΙ ʼΕΙΝΑΙ βασιλέα ʼΕΝΑΙΜΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ʼΑΙϹΘΗΤΟΝ τῶ ἀνωτέρω βασιλέως. *ab optimo artifice ad ſuam imaginem factus, ut rex viva et viſibilis ſit ſummi regis effigies.* ἀπείκασμα. ὁμοίωμα. *Suidas.* Cum Deus ipſe ἄναιμον ſit et ἀναισθητὸς Pythagoreorum ſententia, aptiſſime dicere videtur Philoſophus, Regem eſſe imaginem viſibilem et ſanguine praeditam ejus regis, qui hominum oculis conſpici non poteſt. *Herodotus.* Τοιοῦτοι θεοὶ γίγνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεις. Pro καὶ αἰσθητὸν ſuſpicari poſſis etiam καὶ ʻΟΜΟΙΩϹΙΝ τῶ α. quod proxime abeſt a vulgata ſcriptura ΕΝΟΙ-

 CTIN.

CTIN. Verba tunc ſic continuanda eſſent: *ἀπείκασμα καὶ ὁμοίωσιν ἔνχιμον κ. τ. λ.* Voce *ὁμοίωσις* ipſe *Ecphantes* utitur p. 334. 53. Idem p. 335. 1. *ἀπεικάζων γὰρ αὐτὸν (ὁ βασιλεὺς) τῷ κρατίστῳ καὶ πᾶς αὐτῷ πειρώμενος ὁμοιοῦν.* Quod ad firmandam conjecturam noſtram non parum facit. — Pro *οἱ δὲ μιμεύμενοι τῶν* ΑΥΤΩΝ *κρέσσον τῶδε πάντα ἐργάζοντες.* fortaſſe legendum eſt: *οἱ δὲ μιμεύμενοι τῶν* ΑΝΘΡΩΠΩΝ *κρέσσονες τῶδε π. ε.* *Qui autem homines eum imitantur, hac ipſa imitatione meliores evadunt.* *ἀνθρώπων* in Codicibus per compendium ſcribitur *ανων* quod quam facile in *αὐτῶν* corrumpi potuerit nemo non videt.

Idem p. 335. 40. *Ἁ γὰρ πολυτέλεια μάτηρ τᾶς ἀκρασίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἇς τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις κακῶν τὰ πολλά. ἁ δ' αὐταρκεία* ΟΥΔ' ΑΝ ΤΕ ΚΑΙ *πολυτέλειαν οὔτε τὰ ἀπ' αὐτᾶς.* Suſpicatus ſum Philoſophum noſtrum, cujus tota haec diſputatio mendis ſcatet graviſſimis, ſcripſiſſe: *ἁ δ' αὐταρκεία* ΟΥΤ' ΑΝ ΤΕΚΟΙ *πολυτέλειαν.* *Luxus quidem intemperantiam parit, quae ſuperbiae mater eſt. Frugalitas autem neque luxum parit nec quae luxum ſequuntur.* Sive: ΟΥΤ' ΑΝ ΔΕΚΟΙΤΟ *πολυτέλειαν.* *Frugalitas luxum irrumpere non facile patitur.*

SERMO

SERMO XLVII. ET LI.

Phavorinus p. 350. 33. Ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι ἡδονὴν τῷ τυράννῳ μηνύσαι· εἰ μὲν..... εἰ δὲ δέξιάν τινα καὶ ὑπέρσπονδον καὶ τηλικαύτην ἡλίκην οὐδεὶς πρὸ σοῦ ἀπόθου τὴν τυραννίδα. Fateor me non ſatis intelligere, qua ratione ὑπέρσπονδος ſignificare poſſit *egregium*, ut vertitur: An alibi hoc verbum occurrat ignoro; ſi occurrat, non dici poſſe puto niſi de eo qui foederum jura legesque migraverit. Quare ulcus in eo haerere ſuſpicor, quod mihi ſic videor ſanaſſe, εἰ δὲ δέξιάν τινα καὶ ὑπέρογκον καὶ τ. *Si autem ſcita et ingenti, quaque nemo ante fructus eſt voluptate frui velis* —

Sermo LI. *Euſebius*. p. 359. 28. Ἄνθρωποι ἰσχὺν καὶ ῥώμην καὶ τάχος μοῦνα ἀσκέοντες καὶ ὅκως, ταῦτα ἔχοντες, ἀπὸ τούτων μούνων εὐδοκιμέωσιν ἐσπουδακότες. Τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεσθαι ‘ΟΤ ‘ΕΚΑΤΙ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΙ ἀγνοεῦσι· καὶ τούτων μὲν ὁκόσα κοινὰ πρὸς θηρία ἔχουσι καὶ τῶν πολλῶν ἀσθενέστερον τούτων ΜΕΝ ἐπιμελόμενοι· τοῦ δὲ ἐν ἑωϋτοῖσι θειοτάτου καὶ καθ' ὅτι αὐτοῖς ἔστιν, εἰ οἷόν τε, τοῖς θεοῖς ἐξομοιόεσθαι ἀμελέοντες. Quamvis ſententia autoris in hoc loco parum obſcura ſit, in verbis tamen eorumque conſtructione haeremus. In prima enim periodo apodoſin deſideramus; in ſecunda infinitivus ἐπιμέλεσθαι verbo caret, quo fulciatur; et in reliquis quoque duo participia reperiuntur, quae unde pendeant nemo facile dixerit. Quae difficultates ut removeantur, totum hunc locum ita diſtinguendum emendandumque ſuſpicor. Ἄνθρωποι ἰσχὺν (μὲν) καὶ ῥώμην καὶ τάχος μοῦνα ἀσκέοντες καὶ ὅκως, ταῦτα ἔχοντες, ἀπὸ τούτων μούνων εὐδοκιμέωσιν ἐσπουδακότες, τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεσθαι ’ΟΤ ΚΑΤΑΓΙΓΝΟΜΕΝΟΙ, ἀγνοεῦσι, τούτων μὲν ὅκοσα κοινὰ πρὸς (τὰ) θηρία ἔχουσι, καὶ παρὰ πολὺ

ἀσθενέστερον τόυτων, ΜΟΝΩΝ ἐπιμελόμενοι, τοῦ δε κ. τ. λ. *Homines qui vires tantum et robur et velocitatem corporis exercent, et ei ſolum gloriae, quae his rebus comparatur, ſtudent, curae autem circa animam nullam rationem habent, iſti profecto neſciunt, ſe eorum tantum curam gerere, quae cum animalibus communia et his plerumque multo deteriora habent, praeſtantiſſimam autem partem, qua exculta ipſi divinae naturae ſimiles evadere poſſint, peſſime negligere.*

IN

IN SERMON. LII. ET LIII.

Serm. LII. p. 365. 41. Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῆς οἰκουμένης ἐκυρίευσεν; εἶπε· βουλῇ καὶ μύθοις καὶ ἘΙΠΕΡΟΠΗΔΕΙ τέχνῃ. Certam hujus loci medicinam a melioribus Codicibus expectandam puto. Fortaſſe tamen ſcribendum: βουλῇ καὶ μύθοις καὶ ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΟΥΣΗι τύχῃ. Mirum enim niſi aliquid ſaltem *Fortunae* tribuerit ſummus imperator. *Cicero* quidem in imperatore has quatuor vult ineſſe virtutes, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem et *felicitatem*. *Euryphamus Pyth.* Serm CI. p. 555. ἐνίκασε γὰρ ὁ στραταγὸς καὶ σύν τ' ἀρετᾷ καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ. *Plutarchus* T. II. p. 322. A. θείας τύχης ἐπιτροπευούσης. Verba τύχη et τέχνη autem crebro permutari docuit *Lennep.* ad Epiſt. Phalar. p. 133. 1.

Serm. LIII. p. 367. *Euripides* in Erechtheo. Docte de hoc Fragmento egerunt *Valkenaerius* in Diatribe. p. 169. et 170. et *Heath.* in Notis ad Eurip. p. 169. Reliqua intacta relinquens, tertium et quartum verſum ſic tentavi:

Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθηνᾶς
ΘΡΙΓΚΟΙCIN ἀγκρέμασας· θαλάμοις δὲ
Δέλτων ἀναπτύσσοιμι γῆρυν.

pro vulgato: πρὸς Ἀθηνᾶν περὶ κίοσιν ε. θαλαμοις. Δέλτων τ' ἀναπ. γ. θριγκοῖσιν hac in re appoſitiſſimum. *Meleager.* Epigr. CXV. Anal. V. P. T. I. p. 33.

Τίς τάδε μοι θνητὰ περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψε
σκῦλα πανaισχίστην τέρψιν Ἐνυαλίου. —
οἷς θάλαμον κοσμεῖτε γαμήλιον.

Leonidas Tarentinus Epigr. XLVII. Anal. V. P. T. I. p. 232.

Ὀυκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα· τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας
Ἄρηος ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα.

Antipater Sidonius. Epigr. XXIX. 5. T. II. p. 14. Ἀπτολέμων τάδ᾽ ἔοικεν ἐν οἰνοπλῆξι τεράμνοις Πλάθειν οὐ θριγκῶν ἐντὸς Ἐνυαλίου. Deinde, puto, θαλάμοις rectius ad ſequentia trahitur quam ad Ἀθηνᾶς. *In penetralibus vero domus meae, a belli ſtrepitu remotus, librorum vocem explicem.* Adde iis, quae lectionis θριγκοῖς cauſa diximus, *Euripidem* in Iphig. in T. v. 73.

Πυλ. Ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ᾽ ἔχει ΤΡΙΧΩΜΑΤΑ.
Ορ. Θριγκοῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῖς σκῦλ᾽ ὁρᾷς ἠρτημένα.

Vbi jamdiu eſt quod

— ξάνθ᾽ ἔχει ΘΡΙΓΚΩΜΑΤΑ

emendavimus. In idem *Rhunkenium* V. CL. incidiſſe poſtea comperi Epiſt. Crit. II. p. 159.

In

IN SERMON. LXII. ET LXIII

Sermo. LXII. *Soſtratus.* p. 403. 49. Cyahippus, cum venationis ſludio maximam diei partem in ſylvis verſaretur, uxor ejus aliam cauſam ſubeſſe ſuſpicans, ipſius veſtigia ſequiitur ſeque in fruticeto abſcondit. Τῶν δὲ πέριξ κλάδων αἰφνιδίως σεισθέντων, οἱ στιβευταὶ κύνες δόξαντες καὶ αὐτὴν ἀλόγου ζώου δίκην διεσπάραξαν. Parum feliciter *Geſnerus* ſuſpicatus eſt: δήξαντες αὐτήν. Mihi potius verbum excidiſſe videtur. Fortaſſe: οἱ στιβευταὶ κύνες θῆρα δόξαντες ἐιναι αὐτὴν ἀλόγου ζ. δ. δ.

Sermo. LXIII. *Phavorinus* p. 407. 45. Καὶ οὐκ ἂν ἔδεισα τὴν εὐωχίαν τὴν τῶν καλῶν· Τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι ψαύοντες, συνάπτουσι τὰς ψυχάς; εἰ γὰρ θέμις ὢν τὸ σῶμα ὑπερ βῆναι νῦν δὲ ἐοίκασιν περὶ τὸ σῶμα λιπαρεῖν ὡς περὶ θύρας. Huc facit illud *Petronii*

Qualis nox fuit illa Dii Deaeque!
qualis amplexus! haeſimus calentes
et transfudimus hinc et hinc errantes
labellis animas.

et magis adhuc *Rufinus* Epigr. XXX. Anal. Vet. Poet. T. II. p. 397.

Ἐυρώπης τὸ Φίλημα καὶ ἢν ἄχρὶ χείλεος ἔλθῃ.
ἡδύγε, κἂν ψαύῃ μοῦνον ἄχρι στόματος.
Ψαύει δ᾽ οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν· ἀλλ᾽ ἐρίσασα
τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

Phavorini autem locus leviter corruptus eſt. Corrigendum fortaſſis: Τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι ψαύοντες; συνάπτουσιν τὰς ψυχάς, ἔιπερ θεμιτὸν τὸ σῶμα ὑπερβῆναι. Verbo θεμιτὸν *Aelianus* utitur ap. *Suidam* V. θεμιτόν. Θεοῖς γὰρ οὐδαμῆ θεμιτὸν ὁρᾷν ἔτι νεκροὺς καὶ ἐὰν ὦσι πάνυ Φίλοι. et *Autor Incertus* Epigr. DCCXV. Anal. V. P. T. III. p. 306.

Καὶ

Καὶ λέγε Πωπιλίην εὕδειν ἄνερ τ'ου θεμιτὸν γὰρ
θνήσκειν τοὺς ἀγάθοὺς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν.

Melancomius. p. 408. Ἔτι δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οἱ πλεῖστοι Φθονεῖσι καὶ δυσμενεῖς γίνεσθαι· Τὸ δὲ κάλλος τοὺς αἰσθανομένους ἑαυτοῦ Φίλους ποιεῖται καὶ οὐδένα ἐχθρὸν ἐᾷ γίνεσθαι. Scribendum, ni me omnia fallunt, οἱ πλεῖστοι Φθονοῦσι καὶ δυσμενεῖς γίνονται

Dius Pythagoricus p. 408. 35. Τίς ἀγὼν ἢ βιοτᾶς ὄντως ναμερτᾶς εὐδαίμων ζωά; Procul dubio ſcribendum: Τίς ἀγωγὴ βιοτᾶς. Deinde non ſatis intelligo quid ſit βιοτὴ νημερτὴς et cur Philoſophus hoc epitheton loco tam incommodo poſuerit. Nam ὄντως nullo modo ad ναμερτᾶς duci poteſt. Sed ad εὐδαίμων pertinet. Quare vehementer ſuſpicor ὄντως ex interpretatione eſſe et *Dium* ſcripſiſſe: Τίς ἀγωγὴ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων ζωά; *Quaenam vitae ratio vere beatam vitam efficit?* Νημερτές· ἀληθές. *Suidas.* — In ſequentibus non una menda haeret. Formoſis, ait, ii, qui bene faciunt, gratiam inſuper habent, quod bene ſibi fieri paſſi ſint. Τουτέως οὖν ἐνδαίμονας, οἶδα, δοκοῦντι, τοῖς τὰν ὥραν αὐτοῖς βαλλομένοις ὁ πωρίξασθαι. Non male *Geſnerus*: τοῖς τ. ὠ. αὐτῶν βουλομένοις ἀπωρίζεσθαι. Attamen pro βαλλομένοις malim: ἐπιβαλλομένοις. — Mox p. 409. 8. pro οἶνον πιεῖν ἀδὺν καὶ πολύωρον *Geſnerus* in margine legendum ſuſpicatur: πολυφόρον. Perperam, ſi quid video. Οἶνος πολύωρος eſt *vinum vetuſtum.* *Homer.* Ιλ. σ. 351.

Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.

ubi *Euſtathius.* p. 1159. 16. Ἔλαιον δὲ ἐννέωρον τὸ ἐνναετές· ὥρος γὰρ ὁ ἐνιαυτός. (*Schol.* ὧρος γὰρ ὁ χρόνος. eadem ſignificatione. v. *Hemſterk.* ad *Ariſtoph.* Plut. 178. 407.) — In fine legitur: εὐδαίμονα μὲν γὰρ οὐκ ἔχω ὅπως σε Φατίζω ἁμαρτέως μυθεύμενος. Et in hoc loco legendum eſt: οὐκ ε. ο. σ. Φατίζω ναμαρτέως μυθεύμενος.

SERMO

SERMO LXIV. ET LXV.

P. 410. 9. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει τὸ κάλλος, Φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος ΤΡΙΧΗι καταλυομένης. Locum mutilum putabat *Geſnerus*. Mihi ſecus videtur. Primum τὸ κάλλος bis ſcriptum eſt librarii oſcitantia. Deinde legendum: Φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος ΤΡΙΧΙ καταλυομένης. Quae conjectura facile ſe probabit iis, quibus Anthologia diligenter lecta eſt. Afferam tamen nonnulla, quae ad eam firmandam facere poſſunt. *Strato* Epigr. XXXVII. Anal. Vet. Poet. T. II. p. 368.

> Ἔξοχα δ' ἐν τούτοις Μιλήσιος ἤνιδε θάλλει
> ὡς ῥόδον εὐόδμοις λαμπόμενον πετάλοις.
> ἀλλ' οὐκ οἶδεν ἴσως, ἐκ καύματος ὡς καλὸν ἄνθος
> οὕτω τὴν ὥρην ἐκ ΤΡΙΧΟϹ ὀλλυμένην.

Idem Epigr. XXXIII. p. 366.

> Οὐκ ἐχθὲς παῖς ἦσθα, καὶ οὐκ ὄναρ οὗτος ὁ πώγων
> ἤλυθε; πῶς ἀνέβη τοῦτο τὸ δαιμόνιον;
> καὶ ΤΡΙΧΙ πάντ' ἐκάλυψε τὰ πρὶν καλά; Φεῦ, τί τὸ θαῦμα;
> ἐχθὲς Τρωίλος ὤν, πῶς ἐγένου Πρίαμος;

et notiſſimum ejusdem Epigramma LXXI. ubi Nemeſis, quae puerorum foemora pilis induit, τριχάλεπτος vocatur. Vide *Schneider* V. CL. in Periculo Critico. p. 82. ſq. — *Incerti Auctoris* Epigr. XIX. Analecta V. P. T. III. p. 155.

> Ἐσβέσθη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς
> ἄνθος, καὶ χαρίτων λοιπὸν ἔτ' οὐδ' ὄνομα.
> ὃν πρὶν ἐν ἀθανάτοις ἐνομίζομεν· ἀλλὰ φρονεῖτε
> μηδὲν ὑπὲρ θνητούς, ὦ νέοι. ΕΙϹΙ ΤΡΙΧΕϹ.

p. 410. 28. *Phavorinus* de pulchritudine ſummaque ejus mutabilitate agens, verſibus ex Odyſſea laudatis, (N. 430. ſqq.) haec ſubjicit: Ταῦτα δ' Ἀθηνᾶ μὲν διέθηκε τὸν Ὀδυσ-

Ὀδυσσέα, ὁ δὲ χρόνος πάντας τοὺς καλοὺς. εἶτα Ὀδυσσεὺς μὲν ἀναλήψεται καὶ σάρκας καὶ κόμην καὶ χρῶμα. Σὺ δέ, ὦ καλὲ παίδων, ἐπειδὰν ταῦτα ἅπαξ ἀποβάλῃς, οὐκ ἔστι σοι πάλιν ἈΝΑΒΗΝΑΙ. Noviſſima vox corrupta eſt. Optime ad ſenſum *Geſnerus* in margine conjecit: οὐκ ἔστι σοι πάλιν ἀναλαβεῖν. Propius tamen ad ductus vulgatae lectionis accedit, quod ipſi conjecimus: οὐκ ἔστι σοι πάλιν ἈΝΗΒΗΣΑΙ. *Theognis.* v. 981. ed. *Brunk.*

Ξυνὸν δ' ἀνθρώποις ὑποθήσομαι· ὄφρα τις ἥβης
ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ, καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ,
τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν· οὐ γὰρ ἈΝΗΒΑΝ
δὶς πέλεται πρὸς θεῶν.

Lucianus M. D. V. Tom I. p. 346. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας ὥσπερ Ἰόλεως ἀνηβησάτω. *Scholiaſt. Pind.* Nem. Θ. 137. ὅτι γέρων ὢν ηὔξατο ἀνηβῆσαι.

Sermo LXV. p. 416. 8. *Hierocles* de Nuptiis. Ἀναστροφὴν δὲ καὶ κηδεμονίαν τῶν τέκνων, ἐπιμελειάν τε οὔ τε σύντονον οὔτε μὴ ῥᾴθυμον ἀλλ' ἐμμελῆ καὶ καθηρμοσμένην — Voculam μὴ *Geſnerus* expungendam putabat. Mihi potius corrigendum videtur: οὔτε μὴν ῥᾴθυμον. *curam neque nimis anxiam neque nimis negligentem.*

Antipater in Sermone de Nuptiis p. 418. 5. In plurimis urbibus cives a matrimonio abhorrere docet, τὸ γαμεῖν τῶν χαλεπωτάτων εἶναι δοκεῖ. Τὸν ΔΗ ΘΕΟΝ ἐξουσίαν διδόντα πρὸς ἀκολασίαν καὶ ποικίλων ἡδονῶν ἀπόλαυσιν ἀγεννῶν καὶ μικροχαρῶν, ἸΣΟΘΕΟΝ νομίζουσι. Locus longe ineptiſſimus. Quomodo enim, quaeſo, dici poteſt, *Deum, qui explendae libidinis poteſtatem faciat, Dei ad inſtar coli*? Tu lege: Τὸν Δ' ἹΗΘΕΟΝ ἐξουσίαν διδόντα — ἰσόθεον νομίζουσι. *Puer, qui ſui copiam facit, pro Deo habetur.* In *Stratonis* Epigrammate ſupra laudato:

Ὃν πρὶν ἐν ἀθανάτοις ἐνομίζομεν.

Idem.

Idem. p. 419. 1. Ὅσω γὰρ μᾶλλον αὐτὸς ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀπέστραπται, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν διαδεξομένην τὴν οἴκησιν (L. cum *Geſnero* τὴν διοίκησιν) παραληπτέον καὶ περὶ τὰ ἀναγκαῖα ἑαυτὸν ἀπερίσπαστον· οὐ κακῶς καὶ ὁ κωμικὸς ἐπιτέμνει σχολαστὴς ἀεὶ δ᾽ οἶμαι· γαμεῖν τὸν ἐπιμελῆσαι δυνατὸν οἰκονομεῖν ὄχλον πλείω· ἐπιφωνήσας τὸν ἀμελῆ μᾶλλον ἐπιθυμεῖντα δὲ σχολῆς. Locus inquinatiſſimus. Verba: οὐ κακῶς καὶ ὁ Κωμικὸς ἘΠΙΤΕΜΝΕΙ σχολαστὴς ſatis veriſimiliter reſtituiſſe mihi videor ſic: Ὀυ κακῶς καὶ ὁ Κωμικὸς ἘΠΙΤΕΛΛΕΙ σχολασταῖς. *Bene Comicus iis qui otio dediti ſunt praecipit.* Ipſius autem Comici verba fortaſſe hoc modo conſtituenda ſunt:

— — χρὴ δ᾽ οἶμαι γαμεῖν
τὸν οὐκ ἐπιμελῆσαι δυνατὸν οἶκον μόνος
ὄχλον τε δούλων.

Eum maxime, puto, uxorem ducere par eſt, qui domum ipſe adminiſtrare magnamque familiam gubernare neſcit. Ipſe tamen ſatis intelligo, in omnibus his conjecturis nihil certi ineſſe; neque dubito, quin feliciora ingenia veriſimiliora olim prolatura ſint.

IN

IN SERMON. LXVI.

Sermo LXVI. p. 421. 5. *Sophocles.*

Ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολούμεθα
Θεῶν πατρώων τῶν τε φυσάντων ἄπο.
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας αἱ δὲ βαρβάρους
Αἱ δ' εἰς ἈΛΗΘΗ δώματ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

Pro voce ἀληθῆ, quae in mendo cubat, *Scaligerus* emendavit ἀηθῆ. Alii aliter. Mihi in mentem venit:

αἱ δ' εἰς ΣΑΛΕΥΤΑ δώματ' αἱ δ' ἐπίῤῥοθα.

quo verbo *Meleager* utitur Epigr. LX. — *Aeſchines* Dial. III. c. 17. p. 108. edit. *Clerici.* Ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστένακτα καὶ ἀγήρατα. γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος ΒΙΟΣ, ἈΣΑΛΕΥΤΩι ἡσυχίᾳ ἐνδιαζόμενος. Conſtat autem cum omnino Tragicos tum inprimis *Sophoclem* verba a re navali ad vitam communem transtuliſſe. (Vide *Schol.* in *Ariſtoph.* Veſp. v. 29.) Inter Epigrammata graeca amatorii argumenti plurima reperiuntur ex hoc fonte hauſta, ita ut ad res, quae honeſte dici non poterant, deſcribendas imagines ex re navali petitae ſint. His fortaſſe annumerandum Epigramma *Marci Argentarii* XIII. Anal. Vet. Poet. T. II. quod vulgo ſic legitur:

Παρθένον Ἀλκίππην ἐφίλουν μέγα, καί ποτε πείσας
αὐτὴν λαθριδίως εἶχον ἐπὶ κλισίῃ.
ἀμφοτέρων δὲ στέρνον ἐπάλλετο, μή τις ἐπέλθῃ,
μή τις ἴδῃ τὰ πόθων κρυπτὰ περισσότερον.
μητέρα δ' οὐκ ἔλαθεν ΚΕΙΝΗΣ ΛΑΛΟΝ· ἀλλ'
ἐσιδοῦσα
ἐξαπίνης, Ἑρμῆς κοινὸς, ἔφη, θύγατερ.

In quarto verſu fortaſſe emendandum:

μή τις ἴδῃ τὰ πόθων κρυπτὰ περισσότερος.

nequis

ne quis moleſtus ſuperveniat. In ſequenti verſu valde ſuſpicor *Marcum* noſtrum *Argentarium* ſcripſiſſe:

μητέρα δ' οὐκ ἔλαθεν ΚΟΙΤΗϹ ϹΑΛΟϹ·

ſive: κοίτης λάλον. *lecti argutatio* ut vocat *Catullus* Carm. VI. 9.

Pulvinusque peraeque et hic et illic
Attritus tremulique quaſſa lecti
Argutatio inambulatioque.

Nomen meretricis a re nautica petitum latet apud *Athenaeum* L. XIII. p. 596. F. Στρατοκλῆς δὲ ὁ Ῥήτωρ ἐρωμένην εἶχε τὴν ἐπικληθεῖσαν ΔΗΜΗΝ ἑταῖραν, τὴν καλουμένην ΠΑΡΟΡΑΜΟΝ. qui locus non una menda laborat. Pro δήμην olim λίμην lectum fuiſſe teſtatur *Caſaubonus.* Neſcio an ΛΙΜΕΝΑ legendum ſit. Certe pro παρόραμον corrigendum: πάνορμον. *Athenaeus* enim hanc nominis rationem reddit: διὰ τὸ καὶ δύο δραχμῶν φοιτᾷν πρὸς τὸν βουλόμενον.

IN SERMONEM LXXII.

Sermo LXXII. p. 445. 53. *Nicoſtratus.* Καὶ ὅυπω λέγω ὅτι καὶ ταῦτα πάντα ἐις τὰ ἔγγονα ἀναφέρεται καὶ τοιαῦτα ἐγένετο παιδία, ὁποῖα ποτ' ἂν ἡ γυνὴ καὶ λούσηται καὶ γυμνάσηται καὶ ἀμφιάσηται. Μάλα καὶ μένει μαλακοῖς τούτοις δῆτα ἐντυγχάνοι. Noviſſima verba ſic emendanda videntur: Μάλα γὰρ καταμένει ἃ μαλακοῖς τούτοις δῆτα ἐντυγχάνοι. — In verbis quae ſequuntur quoque ulcus latet: ἄῤῥενά τε καὶ ῥωμαλέα ἹΕΡΑ τῶν πόνων καὶ τῶν καμάτων ἰοῦσα κυῆσαι καὶ τέκοι. Videſis an hic locus ita ſanandus ſit ut ſcribatur: ἄῤῥενά τε καὶ ῥωμαλέα TEKNA, τῶν πόνων καὶ τῶν καμάτων ἐ ρ ῶ σ α κυῆσαι καὶ τέκοι. — Vox ἱερὸν eximenda videtur gloſſae ap. *Suidam* Ἀιγέιρου θέα. Ἄιγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἹΕΡΟΥ ἔνθα πρὶν γένεσθαι τὸ θεάτρον τὰ ἴκρια ἐπήγνυον, ἀφ' ἧς ἀιγέιρου ὁι μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν. Vix locum habet quod *Meurſius* emendari voluit: πλησίον τοῦ ἰκρίου. Mihi in mentem venit: πλησίον τοῦ ΤΟΠΟΥ ἔνθα π. κ. τ. λ. Neque me poenituit huius conjecturae poſtquam videram *Toupium* emendaſſe: πλησίον τοῦ χωρίου ἔνθα. Haec iisdem verbis leguntur ap. *Heſychium* V. Ἀιγέιρου θέα. Sed ibi quoque ἱεροῦ vulgatur. Particulam huius notae excerpſit *Euſtathius* in Od. E. p. 207. 35. ἦν γοῦν φασιν ἄιγειρος Ἀθήνησιν ἐπάνω τοῦ θεάτρου ἀφ' ἧς ἐθεώρουν ὁι μὴ ἔχοντες τόπον, ὅθεν καὶ ἡ ἀπ' ἀιγέιρου θέα ἐλέγετο. — Eadem ratione in *Eudociae* Violeto p. 219. corrigendum puto: ὥσπερ ὁ χριστιανικὸς λόγος ὑπογράφει τινα ἔιναι παράδεισον, ὅυτω καὶ Ἕλληνες ὑπογράφουσί τινα χῶρον, ὃν καλοῦσιν Ἠλύσιον· Τίνας δὲ λέγουσιν ΤΟΠΟΝ περὶ τὸν Ἅιδην ἔιναι. Vulgo legitur: τίνες δὲ λέγουσιν ἹΕΡΟΝ περὶ τον Α. ε.

Idem. p. 446. 20. Μὴ λανθανέτω δέ σε ἡ γυνὴ, ἐσθῆτα μὲν μέιζονα ἢ κατὰ τὴν ἐυπορίαν ἔχουσα· ὑποδήματα

δὲ

δὲ ʽΩC OΥΘʼ ʽΩC πολλοῦ τινος ἄξια. *Geſnerus* verba ὡς οὐθʼ ὡς uncinis includit. Equidem vix dubito emendandum eſſe: ὑποδήματα δὲ ʽΩCAΥΤΩC πολλοῦ τινος ἄξια. Proxima tentavimus in Animadverſionibus ad *Euripidem*. L. I. c. XVI. p. 49. ſcribentes: Φυλακτέον δὲ καὶ περὶ γυναικῶν κ α κ ᾶ ς Φιλίας τε καὶ συνηθείας τὸ τοῦ Εὐριπίδου μεμνημένους. Ἑ ρ μ ι ό ν η γ ὰ ρ ἐξαμαρτάνουσα οὐχ αὑτὴν ἔλεγεν αἰτίαν κ. τ. λ. — Pergit idem *Nicoſtratus*: Φυλακτέον δὲ μᾶλλον τῷ ἐμῷ λόγῳ καὶ τὰς πρεσβύτιδας· αὗται γὰρ ἱκαναί γε τὰς νεότητας MAKAPIZEIN καὶ ὡς δὴ ἔμπειροι τοῦ βίου ὑποθήκας τινας ἀκολάστους ὑποτίθενται. Iuventutem felicem praedicare (μακαρίζειν τὴν νεότητα) neque per ſe turpe eſt, neque alium quemquam ad turpitudinem inducere poſſe videtur. Quare valde ſuſpicor *Nicoſtratum* ſcripſiſſe: αὗται γὰρ ἱκαναί γε τὰς νεότητας MAΛAKIZEIN καὶ. ω..., *Illae enim juvenculas molles et effoeminatas reddere ſolent.* Ad verbas ὑποτίθενται ὅτι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὅστις ἂν Φάγοι ἢ ὅστις ἂν πίῃ, κἀκεῖνα ἤδη ὅσα ἂν τούτοις ἕπεται μοιχεῖαι καὶ ἀκολασίαι, comparandum eſt Epigramma *Choerili* in Anal. V. P. T. I. p. 185.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
ταῦτʼ ἔχω ὅσσʼ ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετʼ ἔρωτος
τέρπνʼ ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται·
ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισι.

Nicoſtrati autem quae adduximus verba leviter corrupta videntur. Quomodo tamen reſtituenda ſint, non ſatis video. Fortaſſe: ὑποτίθενται ὅτι τὸ ζῆν οὐδένα ἄλλον (εὐΦραίνει) ἢ ὅστις ἂν Φάγοι ἢ ο. α. π. κἀκεῖνα ἤδη ὅσα ἂν τούτοις ἕπεται· ſive: ὅτι τὸ ζῆν οὐδένι ἄλλῳ (ἡδονὴ) ἐστιν

ῇ ο. Vitamque nemini jucundam eſſe docet, niſi ei qui ventris palatique curam habeat, voluptatibusque indulgeat (ἥδῃ) *quae lautam vitam ſequuntur.*

Sermo. LXXIII. *Euripides.* p. 448. 10.

Γύναι, Φίλον μὲν Φέγγος ἡλίου τόδε·
καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον,
γῆ τ' ἠρινὸν θάλλουσα ΠΛΟΥΣΙΟΝ θ' ὕδωρ.

in *Florilegio Grotiano.* Tit. LXXV. p. 327. *Musgravius* pro πλούσιόν θ' ὕδωρ legendum conjecit: πλούσιόν θ' ἕλωρ. pro meo ſenſu parum ſcite. Quomodo enim hisce imaginibus, ſolis ſplendori, terrae vernis floribus inſperſae pulcritudini, aequoris tranquillitati, conveniat divitis praedae adſpectus? Praeterea autem vox ἕλωρ non *Euripidi* ſolum ſed reliquis quoque, ni fallor, Tragicis prorſus ignota eſt. Fortaſſe

γῆ τ' ἠρινὸν θάλλουσα ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ θ' ὕδωρ.

pura et limpida aqua. παρθένον πηγὴν *Aeſchylus* dixit in Perſis v. 615. Vide *Valkenaer.* ad Hipp. p. 271. A. B. et quae ipſi notavimus ad *Euripidis* Helenam.

In

IN SERMONEM LXXIV. ET LXXVII.

Sermo. LXXIV. *Democritus* p. 452. 5. Ὀυ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· Ενορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ ʼΕΥΘΗΛΕΟΝΤΑ καὶ ταῦτα λεπνὰ τε καὶ ἀσθενέα. *Geſnerus* in margine conjecit: ἐνθηνέοντα. Quod me non ſatis intelligere ingenue fateor. Mihi in mentem venit: ὀλίγα δὲ τὰ ʼΩΦΕΛΕΟΝΤΑ καὶ ταῦτα λ. τ. κ. α, *pauca quae juvare poſſint.* Ipſe *Democritus* paulo infra: πάντα γὰρ (ζῶα) ἔκγονα κτᾶται κατὰ φύσιν, ἐπὶ ΩΦΕΛΕΙΗΣ γε οὐδεμιᾶς ἕνεκα.

Idem. p. 452. 24. Ἡ μὲν φύσις τοιαύτη πάντων ἐστὶν οὖσα ψυχὴν ἔχει· τὸ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νομίζον ἤδη πεποίηται ὥστε καὶ ἐπαύρησίν τινα γίγνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἐκγόνου. pro οὖσα *Geſnerus* legendum conjecit: ὅσα. Veriſſime. Reliqua fortaſſe ſic ſcribenda: τοῦτο δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ μεῖζον ἤδη πεποίηται ὥστε κ. τ. λ. Ad ἀνθρωπίνῃ ſubintelligendum φύσει.

Sermo LXXVII. p. 451. 20. *Ariſtoxenus* pietatem erga parentes commendans iis in omnibus rebus morem gerendum eſſe docet. Θυμουμένοις γε οὖν ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσθαι τὸν θυμὸν, ἐάν τε ἐν λόγοις ἐάν τε ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον συγγινώσκοντα. Latinus interpres ſatis commode vertit: *Oportet itaque iratis animumque explentibus cedere.* Sed quomodo quaeſo θυμουμένοις et ἀποπιμπλᾶσθαι conſiſtere poſſunt, niſi βουλομένοις alludve verbum ad infinitivum ſubintelligas. Quare forſitan corrigendum: καὶ ἀποπιμπλᾶσθαι τὸν θυμὸν ἐᾶν, ἐάν τε ἐν λόγοις ἐάν τε ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον.

Perictyone p. 457. 45. Ἐι δέ τις γονέας ὑπερφρονέοιεν ΙΔΕΗι κακῶν ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτία παρὰ

θεοῖσι γράφεται, ὑπό τε ἀνθρώπων μισέεται καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβέων ἐν ΤΟΥΤΕΩ ΤΩι χώρῳ δι' αἰῶνος κακοῖσιν ἁπτομένη. In his verbis *Geſnerus* ἰδέῃ κακῶν ταύτῃ junxiſſe videtur: *huic facinorum generi.* Quod ſi recte fecit, non ſane intelligo quomodo haec ἰδέῃ hoc genus, haec ſpecies, ζώσῃ καὶ θανούσῃ appellari poſſit. Suſpicor itaque ulcus aliquod latere et ſcribendum eſſe: εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονοῖ Ἢ ΛΕΓΟΙ κακῶς, ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ α. π. θ. γ. *Si quae mulier parentes contemſerit ſive male dixerit illis, ei poena ab immortalibus diis irrogabitur.* Reliqua verba hujus periodi mutila ſunt. Verbum enim deſideratur unde pendeat ὑπὸ γῆν. Quod quale ſit difficile dictu eſt. Fortaſſe: καὶ ὑπὸ γῆν μ. τ. α. ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι' αἰῶνος διάξει κακοῖσιν ἁπτομένη. *Euripides* in Phoeniſſ. 1521.

Μόνα δ' αἰῶνα διάξουσα τὸν αἰεὶ χρόνον.

Pergit eadem *Perictyone*: Θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων καὶ ἡ τουτέων ἄψις καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τίς χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ ΘΕΩΡΙΗΝ ἘΟΝΤΩΝ· δοκέω δὲ μὴ θεοὺς ΦΡΟΝΕΕΙΝ ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. Nondum me expedio ex verbis: πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἀμφιχορεύει ἐναψάμενος, cum ipſae ſtellae coelum tanquam choro circumdare videantur non contra coelum ſtellas. Ceterum conferri poteſt ad hunc locum *Euripides* ap. *Clem. Alex.* p. 603, ubi de ſummo Numine

ὃν πέρι μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτος δ' ἌΣΤΡΩΝ
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἈΜΦΙΧΟΡΕΥΕΙ.

Ὀυρανος ἐναψάμενος τὰ ἄστρα *Virgilii* eſt *coelum ſtellis fulgentibus aptum.* Aeneid. XI. 202. — Verba autem καὶ θεωρίην ἐόντων corruptelae manifeſta ſunt, nec non ea quae ſequun-

ſequuntur δοκέω δὲ μὴ θεοὺς φρονεειν. Fortaſſe haec integritati ſic reſtituenda ſunt: καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ ΘΕΙΩΤΕΡΟΝ τῶν ἐόντων. *aut ſi qua alia exiſtentium rerum major et divinior eſſe videtur.* δοκέω δὲ μὴ θεοὺς ΚΑΤΑΦΡΟΝΕΕΙΝ ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. *Neque Deos ipſos hoc pietatis ſpectaculum contemnere arbitror.*

Pampelus p. 460. 42. Σεμνὸν γάρ τι καὶ θείας φύσιος πεπαμένον ἀμῖν τὸ τῶν φιτυσάντων ἵδρυμά ἐστιν καὶ ζωόντων πολὺ μαλλότερον ἢ τῶν ᾿ΑΜΕΜΦΙΚΤΩΝ ἱδρυμάτων. In margine legitur: τῶν ἀψύχων. Propius ad vulgatae ſcripturae ductus corrigendum ſuſpicor: ἢ τῶν ᾿ΑΝΕΜΨΥΧΩΝ ἱδρυμάτων.

Hierocles. p. 462. 5. Καθ᾽ ἑκάτερον αὐτῶν μεθ᾽ ἑκάστης προθυμίας. Fortaſſe μεθ᾽ ἁπάσης προθυμίας. Idem l. 16. Liberos curam habere decet, ne qua re careant parentes: ὡς κατὰ μηθὲν τούτων ἐνδείας ποτὲ πειραθεῖεν, μιμούμενοι τὴν αὐτῶν ἐκείνων περὶ τὴν ἡμετέραν ἀνατροφὴν, ὅτ᾽ ἦμεν νεογνοὶ, κηδεμονίαν· ὥστε προσαναγκάζειν ἑαυτοὺς καὶ μαντικόν τι προσφέρεσθαι θεράπειαν κ. τ. λ. Quid προσαναγκάζειν hic ſibi velit non perſpicio. Neſcio tamen an recte conjecerim ſcribendum eſſe: ὥστε πολλὰ ἂν εἰκάζειν. *Ita ut ipſi conjectura utamur et divinationem quandam adhibeamus, ad aſſequenda ea quae parentibus opus ſint.* Deinde ſcribo: εἴπερ αὐτοὶ μὴ λέγοιεν πρὸς τίνα μάλιστα ῥέπουσιν αὐτοῖς αἱ προθυμίαι ΤΩΝ τῷ σώματι προσαγομένων. pro: τοὺς τῷ σ. προσαγομένων. — Recte ni fallor πολλὰ εἰκάζειν ut ipſe *Hierocles* paulo infra: πολλὰ γὰρ ἂν κἀκεῖνοι περὶ ἡμῶν ἐμαντεύσαντο. — Poſt paucos verſus ſic legitur: ΚΑΝ ᾿ΕΙ ῾ΗΜΙΝ καὶ αὐτῶν τούτων τῶν ΚΑΘΗΓΕΓΟΝΟΤΩΝ διδάσκαλοι γεγόνασιν ὧν ἄξιοι τυγχάνειν εἰσὶ παρ᾽ ἡμῶν. Veram corruptiſſimi hujus

hujus loci lectionem codices forſitan indicabunt. Interea hariolari liceat. Equidem Philoſophum noſtrum ſcripſiſſe ſuſpicatus ſum: ΚΑΙ ΝΕΟΙC ʽΗΜΙΝ ΔΙ' αὐτῶν τούτων τῶν ΚΑΘ' ʽΗΜΑC ΠΕΠΟΝΗΚΟΤΩΝ διδάσκαλοι γεγόνασιν. *Et nos infantes adhuc ipſis his pro noſtra ſalute ſuſceptis moleſtiis docuerunt, quae ſibi a nobis contingi cupiant.* Cum autem ἡμᾶς uno ductu a librariis pingeretur, facile fieri potuit ut pro καθ' ἡμᾶς πεπονηκότων aliquis καθηπεπονηκότων legeret. Similes corruptelae ubique in Codicibus reperiri conſtat.

Idem. p. 462. 50. Φέρει δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῖς καὶ τὸ τῶν ΝΟΗΤΙΚΩΤΕΡΩΝ εἶναι δοκούντων ὑπὲρ αἰτημάτων ἅπτεσθαι ποτὲ τοὺς παῖδας, ὥστε καὶ πόδας ὑπονίψαι κ. τ. λ. Praeclara eſt et ſaltem ex parte vera *Geſneri* emendatio, quam in margine propoſuit: καὶ τὸ τῶν δουλικωτέρων εἶναι δ. ὑπερετημάτων α. π. τ. π. In voce δουλικωτέρων ſenſum optime reſtituit, ipſam Philoſophi manum non item. Scripſerat ille, ni me omnia fallunt: καὶ τὸ τῶν ΘΗΤΙΚΩΤΕΡΩΝ εἶναι δοκέυντων ὑπ. Mutatio fere nulla eſt, cum nihil ſimilius ſit literis Ο et Θ, quae quam crebro temere permutatae ſint, nemo ignorat. Nec minus crebro finales literae proximis verbis adhaeſerunt, ut hic litera finalis voculae τῶν. Contrarium facinus librarii admiſiſſe videntur in *Propertio* L. II. El. XII 45.

Nec toties propriis circum oppugnata triumphis
Laſſa foret crines ſolvere Roma ſuos.
Me certo merito poterunt laudare minores
Laeſerunt NVLLOS POCVLA noſtra Deos.

Pocula omnes poſt *Broukhuſium* interpretes de veneno accepiſſe video; neque profecto aliter accipi poſſe videtur. Attamen multum dubito, an *Propertius* hoc loco veneficii mentionem fecerit. Quid enim toto hoc carmine probare

bare voluit, niſi plurima ex Amoris uſu in hominum vitam commoda profluere; ipſumque Amoris numen tam benignum eſſe, ut ſi illud ſolum mortales coluiſſent, neque civilium neque omnino bellorum ſcelera unquam extitiſſent. Quae cum ita ſint, ipſe, inquit, gloriae, quae in bellis quaeritur, minime appetens et a belli ſtrepitu longe remotiſſimus, puras ſemper manus, puramque ſervavi mentem. Haec eſt *Aurelii* noſtri ſententia; unde, ni fallor, lectio *pocula* falſa eſſe arguitur, cum in bellis veneficio locus non ſit. Fortaſſe ſcribendum:

Laeſerunt nullos SPICVLA noſtra Deos.

Ex canone ſupra indicato fortaſſe emendandus etiam *Lucianus* in Dialogo Meretr. IV. quo ſacrum magicum, amantis reducendi cauſa a puella inſtitutum, deſcribitur. Inter alia *καὶ κρατῆρα*, inquit, *κεκεράσθαι δεῖ καὶ πίνειν ἐκείνην* MONHN. Noviſſimum verbum in mendo cubat. Corrigo: *καὶ πίνειν ἐκείνην* ʽΟΛΗΝ. — In *Hieroclis* loco unde progreſſi ſumus, praeterea pro *ἐπιθυμίαν* legendum eſt *εὐθυμίαν* ut paulo ſuperius: *ταῖς δὲ ψυχαῖς αὐτῶν παρασχετέον πρῶτον μὲν τὴν εὐθυμίαν.*

IN SERMONEM LXXXII.

Hierocles p. 478. 22. Ὅλως δὲ ἐνθυμητέον, ὡς βίος ἡμῖν κινδυνεύει μακρός τις εἶναι καὶ πολυετὴς πόλεμος· τοῦτο μὲν διὰ τὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἐχόντων τὶ ἀντίτακτον· τοῦτο δὲ διὰ τὰς ἐξαιφνιδίους καὶ ἀπρος δοκήτους ἐπιδρομὰς τῆς ΨΥΧΗϹ· πολὺ δὲ μάλιστα δι' αὐτὴν τὴν κακίαν, οὔτε βίας τινος ἀπεχομένην οὔτε δόλου καὶ κακῶν στρατηγημάτων. ὅθεν καλῶς ἡ φύσις, ὡς ἂν ἜΦΑΓΕΝ ΝΑΜΗΓΝΟΥϹΑ παρήγαγεν ἡμῶν ἕκαστον τρόπον τινὰ μετὰ συμμαχίας. In hoc loco primum me offendunt αἱ ἐπιδρομαὶ τῆς ψυχῆς Fortaſſe, quod et ſenſus ſuadet et literarum ſimilitudo: διὰ τὰς — ἀπροσδοκήτους ἐπιδρομὰς τῆς ΤΥΧΗϹ. Deinde vero videſis an corrigendum ſit: ὅθεν καλῶς ἡ φύσις, ὡς ἂν ἘΠ' ἈΓΝΟΗΜΑΤΙ ΜΕΤΑΓΝΟΥϹΑ παρήγαγεν ἡμῶν ἑκάστῳ ΣΥΝΕΜΠΟΡΟΝ τινὰ μετὰ συμμαχίας. *Quare natura, quaſi eam conſilii ſui temere capti poenituiſſet, unicuique noſtrum comitem adjunxit, qui nobis auxilio eſſet.* Si in reliquis haec conjectura parum certa eſt, in μεταγνοῦσα ſaltem veram *Hieroclis* manum reſtituiſſe mihi videor. Ne vero verborum ſtructura inſolentior eſſe videatur, confer *Herodian.* II. 13. Καὶ ἠγάπων μὲν τὴν δοθεῖσαν σωτηρίαν, ΜΕΤΕΓΙΓΝΩϹΚΟΝ δὲ ἘΠΙ τῷ ἀνόπλως ἐλθεῖν, αἰσχρῶς καὶ ἐφυβρίστως ἑαλωκότες. Quod autem pro τρόπον τινὰ legendum conjecimus: συνέμπορόν τινα, id nititur auctoritate *Callimachi* ap. *Stobaeum.* Flor. CXII. p. 582.

Κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνίαι
ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν,
Ἢ ἙΤΕΡΟΝ πρὸς ἄνδρα ϹΥΝΕΜΠΟΡΟΝ ἢ ὅτε κωφαῖς
Ἄλγεα μαψαύραις ἔσχατον ἐξερέῃ.

Sic fortaſſe hoc Fragmentum reſtituendum eſt, cujus tertius verſus vulgo ſic legitur:

ἤ

ἢ ῞ΟΤ᾽ ΕC ἄνδρα συνέμπορον. ἢ ὅτε κωφαῖς
Aliter eum ſupplevit *Toup.* in Epiſt. Crit. p. 37. ed. Lipſ. Verbo ξυνέμπορος *Sophocles* quoque utitur in Trachin. v. 318. Ὀυδ᾽ ὄνομα πρός του τῶν ξυνεμπόρων ἔχεις; Vide *Brunk.* V. CL. ad Oedipum T. 456.

Muſonius p. 479. I. Καὶ τὰ μὲν ἀυτὰ δεῖται βοηθείας· ὁι δ᾽ ἀδελφοὶ βοηθοί ἐισι κράτιστοι. καὶ ὅυτε φίλον ἀγαθὸν ἀδελφῷ παρὰ * * * ἀπὸ ἀνθρώπων ἑτέρων ὁμοίων τε καὶ ἴσων τῇ ἀδελφῶν. Locus mutilus eſt et forſitan ſic reſtituendus: καὶ ὅυτε φίλον ἀγαθὸν ἀδελφῷ παραβάλλειν ἐστὶ ὅυτε τὴν βοηθείαν ἀπ᾽ ἀνθρώπων ἑτέρων ο. τ. κ. ι. τῇ ἀδελφῶν. *Neque enim amicus fratri comparandus eſt, neque auxilium, quod alii praeſtant ei, auxilio quod a fratre nobis praeſtatur.* Παραβάλλειν ſaltem confirmatur iis quae ſequuntur τίδ᾽ ἄν τις παραβάλλοι καλὸν ἐυνοίᾳ τῇ ἐξ ἀδελφοῦ.

IN SERMONEM LXXXIII. ET LXXXIV.

Sermo LXXXIII. p. 487. 18. *Perictyone*. Τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑ ʽΙΚΑΝΩCΑCΘΑΙ δεῖ φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης πλείην. *Harmoniam o mulier abſolvere oportet* vertit *Geſnerus* nullo, quem equidem perſpiciam, ſenſu. Emendandum ſuſpicor: Ἐναρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑ ΜΝΑCΘΑΙ δεῖ, φρονήσιός τε καὶ σ. π. *Mulierem ducas oportet, quae tuis moribus atque indoli congruat.* Vt hic ἐναρμονίην ſic infra ἀναρμονίον ἄνδρα dixit. — Haec ſcripſeram, cum forte in *Weſſelingii* Notis ad *Herodotum*, L. IX. p. 717. conjecturam viderem commemoratam *Valkenaerii*, tam eruditam tamque veram, ut ne dubitari quidem liceat, ea ipſam *Periſtyones* manum reſtitutam eſſe. Emendavit ille: Τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑ ΝΩCΑCΘΑΙ δεῖ. *Harmoniam noſſe oportet mulierem, prudentia et modeſtia plenam.* De quo verbo vide quae Heroes illi docte diſputaverunt.

Eadem. p. 287. 44. Λιμὸν ὦν καὶ δίψαν ἐξακέσασθαι δεῖ μοῦνον κἢν ᾖ ἐκ τῶν εὐτελέων κἢν Ρ·ΓΟC κἢν νάκος κἢν σισύρη· Νάκος et σισύρη vilia ſunt veſtimenta, quibus homines infimi ordinis ad frigus arcendum utuntur. De νάκος v. *Theocrit.* Eid. V. 2. *Homer.* Odyſſ. Ξ 530. De σίσυρα *Suidam* V. et *Toup.* Emend. in Suidam. P. III. p. 421, ed. Lipſ. His apponi ῥῆγος ineptum eſt. Fortaſſe corrigendum: κἢν ᾖ ΤΡΥΧΟC κἢν νάκος κἢν σίσυρα. *Euripidis* Electr. 501.

> Ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ᾽ ἐμῶν πέπλων, κόρας
> δακρύοισι τέγξας, ἐξομόρξασθαι θέλω.

Sed totus hic pannus ab hoc loco alienus eſt, ubi non de veſtitu ſed de cibo agitur. Legebatur forſitan olim in proxima periodo, quae vulgo ſic ſcribitur: Ἢ διαφᾶσθαι εἵματα εἰκότα λίην καὶ ποικίλην ἀπὸ θαλασσίης βάψιος τοῦ κόχλου ἢ ἄλλης χροίης πολυτελέως, μωρίη πολλή.

λῆ. σκῆνος γὰρ ἐθέλει μὴ ῥιγέειν, μηδὲ γυμνὸν εἶναι, χάριν εὐπρεπείης, ἄλλου δ᾽ οὐδενὸς χρήζει. Vbi primum verbum ΔΙΑΦΑCΘΑΙ corruptum eſt. *Geſneri* conjectura διφᾶσθαι vix ſe commendabit iis, qui ſenſum hujus periodi intellexerint. Scribendum: ᾽ΑΜΦΙΑCΘΑΙ εἵματα. Sed ecce! in eandem jam conjecturam inciderat *Valkenaerius* in Diatribe. p. 2?2. C. — *Herodian*. IV. 2. ἠμφιεσμένους μὲν τὰς περιπορφύρους ἐσθῆτας. et paſſim. Deinde pro ποικίλην fortaſſe ſcribendum: ποίκιλα. — Sed, ut dixi, huic periodo forſitan aptanda ſunt verba, quae paulo ſupra tentavimus. Si hariolari licet *Periſtyone* reliquerat: Σκῆνος γὰρ ἐθέλει μὴ ῥιγέειν, μηδὲ γυμνὸν εἶναι, χάριν εὐπρεπείης· ἄλλου δ᾽ οὐδένος χρήζει. τούτῳ δὲ ἀρκέει τὰ εὐτελέστατα κἢν ᾖ τρῦχος κἢν νάκος κἢν σίσυρα.

Eadem. p. 488. 11. ᾽Αναγκαῖα δὲ μὴ ἡγείσθω εὐγενίην καὶ πλοῦτον καὶ μεγάλης πόλιος πάντως γένεσθαι.... Ἢν μὲν γὰρ ἔῃ, οὐ λυπέει· ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ ΠΟΙΕΕΙ. Legendum eſt, ni me omnia fallunt: ἢν δὲ μὴ ἔῃ ἐπιζητέειν οὐ ΠΟΝΕΕΙ. *quaerere non laborat*. — Mox l. 32. vulgatur: Φέρειν τε καὶ ὀργὴν καὶ φειδωλίην καὶ μεμψιμοιρίην καὶ ζηλοτυπίην καὶ κατηγορίην καὶ ἤν τι ἄλλο ἔχῃ ἐκ φύσιος καὶ τοῦτο ΖΗCΕΤΑΙ πάντα, ὅκως φίλον ἐστὶν αὐτέῳ σωφρονέουσα. Sic male haec et ſcribuntur et diſtinguuntur. Sapientiſſima mulier ſcripſiſſe videtur: καὶ ἤν τι ἄλλο ἔχῃ ἐκ φύσιος καὶ τοῦτο ᾽ΟΧΗCΕΤΑΙ, πάντα, ὅκως φίλον ἐστὶν αὐτέῳ, CΥΜΦΡΟΝΕΟΥCΑ. *et ſi quae praeterea vitia habet, ea quoque feret, ad omnia, quae ipſi marito placent, ſeſe accommodans*. ᾽Οχέειν et ὀχέεσθαι Ionicae dialectus eſt. *Homerus* Od. H. 211.

Οὕς τινας ὑμεῖς ἴστε μάλιστ᾽ ᾽ΟΧΕΟΝΤΑC ὀϊζὺν
᾽Ανθρώπων· τοῖσίν κεν ἐν ἄλγεσιν ἰσωσαίμην.

Ὑπεφέ-

Ὑποφέροντας ἢ ἔχοντας καὶ βαστάζοντας. *Scholiaſtes.* Odyſſ. Λ. 617.

Ἆ δεῖλ', ἦ τινα καὶ σὺ κακὸν μόρον ἡγηλάζεις
Ὅν περ ἐγὼν ΟΧΕΕΣΚΟΝ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο.

Paulo infra in eodem fragmento legimus: Οὐ γὰρ μοῦνον ἘΘΕΛΗΣΕΙ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ καὶ παῖδας καὶ συγγενέας καὶ δούλως καὶ τὴν οἰκίαν ξύμπασαν. Qui locus non eſt integer. Aut reſtituendum: οὐ γὰρ μοῦνον τὸν ἄνδρα ἐθελήσει σῶον εἶναι, ut ſupra: Ἐπὴν δὲ μὴ φιλέῃ οὔτε οἶκον, οὔτε παῖδας τοὺς ἑωϋτῆς, οὔτε θεράποντας οὔτε θυσίην (F. οὐσίην) ἥντινα ὦν ΣΩΑΝ εἰσιδέειν.. Aut corrigendum: οὐ γὰρ μοῦνον ὨΦΕΛΗΣΕΙ τὸν ἄνδρα. *Non ſolum marito utilis erit verum etiam liberis et propinquis* etc.

Hierocles. p. 490. 52. Δυσπειθέστερος δ' ἴσως ὁ πρὸς θάτερα τῶν ἔργων; ὅσα γυναιξὶν ἀπονέμηται παρακαλῶν τὸν ἄνδρα λόγος· καὶ πάσχουσί γε οὐ κατ' εἰκὸς ΟΙ ΚΑΘΑΡΙΩΤΕΡΟΙ μὴ καθ' ἑαυτοὺς εἶναι τοπάζοντες ἅψασθαι ταλασίας. Non mihi ſic ſcripſiſſe videtur *Hierocles* ſed potius: καὶ πάσχουσί γε οὐ κατ' εἰκὸς οἱ ἈΝΔΡΙΚΩΤΕΡΟΙ μὴ κ. τ. λ. Eosdem paulo infra τοὺς ἀληθινωτέρους ἄνδρας vocat.

Sermo. LXXXIV. *Ariſtoteles* p. 494. 43. quae de nobilitate ſtatuat ſe dubitare ait. Λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς ἔγραψε ΚΑΙΝΟΝ τι πάμπαν. Haec leviter corrupta ſunt. Neque enim nobilitas nova quaedam res *Ariſtotelis* aevo dici potuit, neque juſta eſt antitheſis in verbis τίμιον καὶ σπούδαιον et καινόν. Legendum igitur: ΚΕΝΟΝ τι παμπαν. Quae conjectura confirmatur iis quae ſequuntur verbis: Ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, εὐγένειας μὲν οὖν ἧς (F. φησὶ) ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνὸν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δ' ἀλήθειαν οὐθὲν διαφέροντας τοὺς ἀγεννεῖς τῶν εὐγενῶν.

In Sermonem XC. et XCI.

Sermo XC. *Teles.* p. 504. 16. Ἀυτὸς μὲν ὄυν πλοῦτος ἐσεμνύνετο χρείας ἀνθρώπων διορθοῦν ἢ τελεῖν ἐπιθυμίας ἢ βλάβαις ἀντέχειν, ἐπιμελεῖσθαι σώματος, ψυχῇ χαρίζεσθαι· πρέπειν μέν εἰρήνῃ, πολέμοις ΔΕ ΠΑΡΕΧΕΙΝ, θεραπεύειν δ' ἐκ νόσων, ΠΑΡΕΧΕΙΝ δὲ ταῖς ὥραις βοηθήματα. Primum diſplicet ejusdem verbi, ſine ulla energia, repetitio, deinde quid ſit πολέμοις παρέχειν non video. Nunquam enim me verbum παρέχειν nude poſitum legiſſe memini; ſed παρέχειν δαπάνην, ἐξουσίαν et quae his ſunt ſimilia. Aut igitur ejusmodi vocabulum excidit, aut quod veriſimilius, emendandum: πρέπειν μὲν εἰρήνῃ, πολέμοις Δ' ἘΠΑΡΗΓΕΙΝ. *In bello auxilium ferre.* — Plutus, qui in hoc Fragmento cauſam ſuam dicens inducitur, praeter artes, quae eius liberalitate aluntur, voluptatem quoque aliasque Deas comites adduxerat. Ἔρως αὐτῷ συνέπραττεν, ὡς πολλαχοῦ χρώμενος. Noviſſimam vocem alias non legi in margine notatur. Legendum ſuſpicor: ὡς πολλαχοῦ χρώμενος αὐτοῦ.

Sermo. XCI. *Idem.* p. 508. 50. Καθ' αὐτοὺς μὲν ἄνθρωποι πρὸς ἀρετὴν γεγόνασιν· ὄυτος δὲ ἐπ' ἈΥΤΟΝ τρέπει. Neſcio an corrigendum ſit: πλῦτος δὲ ἐπ' ἈΙΣΧΡΟΝ τρέπει· quod antitheſeos leges fere requirere videntur. Idem p. 510. 1. Τὰ δ' ἄλλα μείζω πάθη· στασιάζει μὲν ὄικους καὶ κακὸν ἆθλον ἀδελφοῖς πρόκειται· τέκνα ΔΕ ΧΕΙΡΑ ποιεῖ πατράσιν, ἐπιθυμοῦντα τῆς περὶ τὸν πλοῦτον ἐξουσίας. Quomodo, quaeſo, divitiae liberos parentibus pejores reddunt? Dum parentum divitiis potiri cupiunt, illis deteriores fiunt. ἐπιθυμοῦντα τῆς περὶ πλοῦτον ἐξουσίας. Quae haec ratio eſt? Aut quis ſibi facile perſuadeat, Philoſophum noſtrum Dialecᵗices tam imperitum fuiſſe, ut tam graviter hallucinaretur. Librariorum

riorum haec Dialectice eſt non Philoſophorum. Corrigendum enim, ni me omnia fallunt: τέκνα Δ' ΈΧΘΡΑ ποιεῖ πατράσιν, ἐπιθυμοῦντα τῆς περὶ πλοῦτον ἐξουσίας. — Mox l. 19. Ἔστι μὲν οὐδὲ εὐπρεπὴς ἡ χάρις ἡ δι' ἀργυρίου δοθέντος ἐράνῳ δ' ἔοικεν. Οἱ δ' ἄνευ χρημάτων ἀπ' εὐνοίας ἐπιδεικνύμενοι ΚΑΙ ΒΟΗΘΟΥΝΤΕΣ ἐλευθέριον τὴν εὐεργησίαν ἔχουσι καὶ τοῖς τυγχάνουσι ΚΑΙ ΤΟΙΣ κεχαρισμένοις. Recte emendavit *Geſnerus* κεχαρισμένην; quod tamen hunc locum nondum ſanum praeſtare videtur. Quid enim ἐπιδεικνύμενοι ſignificat, abſolute poſitum? Vnde pendet καὶ τοῖς? Inducendaene hae voculae an vera in iis latet lectio? Fortaſſe haec omnia integritati ſic reſtituenda ſunt: Οἱ δ' ἄνευ χρημάτων ἀπ' εὐνοίας ἐπιδεικνύμενοι ΚΑΤΑΒΟΗΘΟΥΝΤΕΣ, ἐλευθέριον τὴν εὐεργησίαν ἔχουσι καὶ τοῖς ΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΝ ΑΥΤΟΙΣ κεχαρισμένην. *Illi vero qui ſine pecunia, benevolentia adducti, auxilium attuliſſe videntur, eam benignitatem exhibent, quae cum per ſe liberalis admodum, tum etiam iis, qui ea fruuntur, pergrata eſt.* Cum ii, qui pecuniam acceperunt, quominus ex animo gaudeant, pudore prohibeantur ſcilicet. — Conſtat autem inter eos, qui ſe in hoc Criticae curriculo exercent, librariorum oſcitantiam copulam καὶ ſexcenties temere in textum admiſiſſe. Supra eliminavimus eam ex *Pindaro* Ol. V. 36. ubi perperam σοφοὶ καὶ vulgatur. Nos emendavimus: σοφισταὶ; quae vera lectio videtur. Eadem vero vocula male legitur apud eundem poetam Pythica II. 63. ubi plura in nobiliſſimam ſententiam, mediam in omnibus rebus viam tenendam eſſe diſputans, Ixionis exemplum advocat, qui cum Deorum commercio elatus majora humanis peteret, ſummis tandem calamitatibus immerſus periit.

— χρὴ δὲ καθ' αὐτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾷν μετρον
Εὐναὶ δὲ παράτροποι, ἐς κακότατ' ἀ-

θρόαν

θρόαν ἔβαλον ποτὶ
KAI TON ἵκοντ᾽· ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο
ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων ἄϊδρις ἀνήρ.

Vlcus in his verſibus latens primus attigit ſummus *Heynius*, qui interpunctione paululum immutata *Pindari* manum reſtituere conatus eſt. Ille quidem majori diſtinctione poſt ἔβαλον poſita, reliqua ſic explicat: *Incidit in illas calamitates etiam hic Ixion, quandoquidem* etc. Poena enim et culpa homines nonnunquam adire dicitur. Dura tamen explicatio et in qua vix acquieſcas; id quod ipſum Virum eruditiſſimum eundemque humaniſſimum minime fugit. De faciliori igitur emendandi ratione cogitans poetam ſcripſiſſe ſuſpicatus ſum:

Ἐυναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακόταθ᾽ ἀ-
θρόαν ἔβαλον· ποτὶ
KOITON ἹΚΩΝ ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο.

Iſtum illegitimae nuptiae ſummae perniciei injecerunt, quandoquidem, Iunonis concubitum petens, nubem amplexus eſt. Νεφέλᾳ παρελέξατο ut *Homer.* Ιλ. Ζ. 198.

Λαοδαμείη μὲν παρελέξατο μητίετα Ζεύς.

κοίτη pro *concubitu* habemus in Pyth. XI, 39.

ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν
ἐννύχιοι πάραγον KOITAI.

et paſſim apud *Euripidem*. Obiter corrigendus *Hyginus*. Fab. LXII: *Iuno Iovis juſſu nubem ſuppoſuit. Quam Iunonis ſimulacrum eſſe credidit.* At mi bone! ſi Ixion id quod amplectebatur, ſimulacrum Deae non ipſam Deam eſſe putaſſet, nunquam usque eo amentiae progreſſus eſſet, ut cum ea coiret. Manu ad veram ſcripturam ducit interpolata Manuſcripti lectio, quam *Barthius* laudat Adverſ. L. VI. 22. *Iuno Iovis juſſu ſimulacrum nubem ſuppoſuit, quam Ixion Iunonem eſſe ratus coiit.* Fortaſſe emendandum: *Quam Ixion Iunonis SIMILIS CVM eſſet, COIIT. Pindarus* Pyth. II. 69. de hac nube

Ἔιδος γὰρ, inquit, ὑπεροχωτάτᾳ
ΠΡΕΠΕΝ Ὀυρανίᾳ
θυγατέρι Κρόνου.

πρέπεν h. *ſimilis erat.* Corrigam hac occaſione verſum v. 133. hujus Hymni

— Ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς ἓυ
πέπραγεν ὄτι φρενῶν
ἔλαχε καρπὸν ἈΜΩΜΗ-
ΤΩΝ.

Sic ſcribendus hic locus, in quo vulgo ἀμώμητον legitur. Ad *Teletem* redeo, cujus haec eſſe dicuntur p. 508. 34. Ἐξ ἀυτοῦ δὲ (τοῦ πλούτου) αἱ πλεῖσται πονηρίαι καὶ μυρία τῶν κακῶν ὀυκ ἂν ἦν εἰ μὴ πλοῦτος ἩΔΙΟΝ· γίνεται φόνος διὰ κέρδος, ἱερὰ συλᾶται, φιλία παραβαίνεται. Haec male corrupta ſunt. *Geſnerus* pro ἥδιον in margine conjecit κακὸν, quo quid proficiatur non video. Mihi emendandum videtur: καὶ μυρία τῶν κακῶν ὀυκ ἂν ἦν, εἰ μὴ πλοῦτος ἩΝ· ΔΙ' ἈΥΤΟΝ γίνεται φόνος, διὰ κέρδος ἱερὰ συλᾶται, φ. π.

IN

IN SERMONEM XCIII. ET XCV.

Sermo. XCIII. *Teles.* p. 516. 18. Ἐγώ μοι δοκῶ, ω Φίλισκε, γράφειν εἰς σὲ προτρεπτικὸν· πλείω γὰρ ʽΟΡΩCΙ ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι, ὧν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης. Corrigendum, ni fallor: πλείω γὰρ ʽΟΡΩ COI ὑπάρχοντα πρ. τ. φ. In ultimis verborum ſyllabis parum accurati fuerunt librarii. Apud *Plutarchum* verbi cauſa in *Conſol. ad Apollon.* T. II. p. 119. Frcf. T. VI. p. 455. *Reisk.* corrupte vulgatur: Ἐκείνῳ δὲ τῷ μακαριςθέντι οὐκ ἦν κατὰ φύσιν περαιτέρω τοῦ ἀπονεμηθέντος χρόνου πρὸς τὴν εἱμαρμένην ἐπανάγειν πορείαν, καλούσης αὐτῆς ΦΗCΙΝ ἤδη πρὸς ἑαυτήν. *Xylander* recte judicavit verbum φησιν a ſenſu prorſus alienum eſſe. Vltima autem ejus ſyllaba paululum immutata *Plutarcho* manum ſuam, ni fallor, reſtitues: καλούσης αὐτῆς ΦΥCΕΩC ἤδη πρὸς ἑαυτήν. Sed de hoc aliisque *Plutarchi* locis librariorum oſcitantia corruptis procul dubio diſputabit doctiſſimus *Wyttenbachius*, Belgiae lumen, in *Plutarchi* editione, quam Muſis plaudentibus parat.

Sermo. XCV. p. 521. 21. Ἡ γὰρ πενία καὶ πρὸς τὰς τέχνας δεινοτέρους τοὺς ἀνθρώπους καθίστησι· χαλεπὴ γὰρ διδάσκαλος ἡ πενία τοῦ ΜΙΚΡΟΝ ΦΡΟΝΕΙΝ. Celeberrimi ſunt *Theocriti* verſus Eid. XXI.

> Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
> Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν
> ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μερίμναι.

Noviſſima autem verba Fragmenti, quod ex *Stobaeo* adduximus, in mendo cubant. Fortaſſe legendum eſt: χαλεπὴ γὰρ διδάσκαλος ἡ πενία τοῦ ΠΙΝΥΤΟΦΡΟΝΕΙΝ ſive τοῦ ΠΥΚΙΝΟΦΡΟΝΕΙΝ. Vtrumque enim eodem redit. Paupertas cauſam contra Plutum dicens eadem fere profert apud *Ariſtophanem* in Pluto. 510.

'Ει γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτὸν
οὔτε τέχνην ἂν τῶν ἀνθρώπων οὔτε σοφίαν μελετῴη
'Ουδείς.

Teles. p. 522. 47. 'Αλλ' ὅμοιόν ἐστι τὸ 'ΟΥΤΩΣ ἔχειν ὅταν ἀδυνατῆς ἀυτοῖς χρῆσθαι. Corrigamus ne manca ſit oratio: ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι τῷ "ΟΥΠΩΣ ἔχειν, ὅταν α. α. χ. *Vbi divitiis uti non licet, parum intereſt eas poſſideas nec ne.* — In eodem fragmento *Teles* diverſam vivendi rationem *Metroclis* Cynici apud *Theophraſtum* et *Cratetem* exponit. p. 523. 45. Τοῦτο μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀκάττυτον — legendum ni fallor: ΤΟΤΕ μὲν γὰρ ἐξ α. *Tunc enim, cum apud Theophraſtum verſabatur, calceis opus erat* etc. Ad proxima verba: ἀλλ' ἀφελέστερος τῷ τρόπῳ γενόμενος ἠρκεῖτο τρίβωνι καὶ μάζῃ καὶ λαχανίοις, in mentem mihi venit Epigramma *Leonidae Tarentini* LIX. Anal. V. P. T. I. p. 235.

'Αΐδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' 'Αχέροντος
ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ,
δέξαι μ', εἰ καὶ σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην·
ὄλπη μοι καὶ πήρα ἐφόλκια, καὶ τὸ παλαιὸν
ἔσθος, χὠ φθιμένοις ναυστολέων ὀβολός.
πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐπεπάμεθα, ταῦτα παρ' "Αιδαν
ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ.

Corrigam hac opportunitate ſimile Epigramma *Diodori Zonae* VII. Anal. V. P. T. II. p. 81. ubi etiam Charon invocatur, ejusque *ratis, quae nunquam defeſſa*

It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus

(ap. *Albinovanum* El. I. 5.)

'Αΐδῃ ὃς ταύτης καλαμώδεος ὕδατι λίμνης
κωπεύεις νεκύων βᾶριν 'ΕΧΩΝ 'ΟΔΥΝΑC,

ΤΟΝ

ΤΟΝ ΚΙΝΥΡΑΝ, τὴν χεῖρα βατηρίδος ἐμβαίνοντι
κλίμακος ἐκτείνας, δέξο, κελαινὲ Χάρων·
θραύει γὰρ τὸν παῖδα τὰ σάνδαλα, γυμνὰ δὲ θεῖναι
ἴχνια δειμαίνει ψάμμον ἐπ' ἠονίην.

Sic hoc carmen ſcriptum exſtat in Anthologia *Reiskii* p. 83. Verſu 2do Codd. habent ἑλὼν ὀδύνας. *Brunkius* repoſuit ἐλαυνομένην et initio 3tii verſus τῷ Κινύρου; ubi Cod. Lipſ. τοῦ Κινύρου legit. Corrigendum arbitror:

Ἀΐδῃ ὃς ταύτης καλαμώδεος ὕδατι λίμνης
κωπεύεις νεκύων βᾶριν, ἜΧΟΝΤΙ ΔΥΑΣ
ΤΩι ΚΙΝΥΡΟΥ τὴν χεῖρα βατηρίδος ἐμβαίνοντι
κλίμακος ἐκτείνας, δέξο, κελαινὲ Χάρων.

Vocem paulo rariorem δύας facile obliterare potuit librariorum ignorantia. Vtuntur ea praeter *Homerum*, *Callimachus* ap. *Suidam* V. T. I. p. 631. *Aeſchylus* in Prometh. 513. et 524.

— τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ ΔΥΑΣ ἐκφυγγάνω.

Ceterum *factum eſt hoc carmen in diſceſſum Adonidis ad inferos, quem poëta nudis pedibus incedentem, inceſſum in arenoſo litore aegre ferre ait*: ut verbis utar *Brunkii* V. CL. *Petronius*

Planta decens modicos neſcit calcare lapillos
Et dura laedi ſcelus eſt veſtigia terra
Ipſa tuos cum ferre velis per lilia greſſus
Nulli ſternuntur leviori pondere flores.

Corruptus, ni fallor, *Lucianus* de Dea Syria. T. III. p. 454. Πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυϊ, μετὰ δὲ τῇ ἑτέρῃ ἡμέρα, ζώειν τέ μιν μυθολογέουσιν, καὶ ἐς τὸν ἩΕΡΑ πέμπουσι. Legendum ſuſpicor: καὶ ἐς τὸν ἨΙΟΝΑ πέμπουσι. *Theocritus* Eid. XV. 131.

Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα·
Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἈΙΟΝΙ πτύοντα.

Apud *Teletem* vero, in quo emendando jam pergamus p. 524. 4. legitur: *εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι; εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον τῷ γλοιῷ ἠλείψατο. καὶ βαδίσας ἐνίοτε πρὸς τὴν κάμινον* ΌΥ *τὰ χαλκεῖα τῶν* MEN ʼΕΙΔΩΝ ʼΑΠΟΠΤΡΗΝ *ποίησας, περιχέας ἂν ἐλάδιον καθίσας ἠρίστησε.* Locus corruptiſſimus, quem mihi tamen ſatis veriſimiliter reſtituiſſe videor ſic: *καὶ βαδίσας ἐνίοτε πρὸς τὴν κάμινον* ʼEC *τὰ χαλκεῖα τῶν* BANAYCΩN ʼAY-TOΠΥΡΟΝ *ποιήσας, περιχέας α. ε. κ. η.* ʼ*Αυτόπυρος* panis genus eſt, cui nihil furfuris ademtum eſt. *Plutarch.* de animi Tranq. T. II. p. 466. D. *Ἔιτα τῆς νόσου διαλυθείσης καὶ κράσεως ἑτέρας γενομένης, ἦλθεν ἡ ὑγεία, φίλα πάντα ποιοῦσα καὶ προσηνῆ. Ὁ γὰρ χθὲς ὠὰ καὶ ἀμύλια καὶ σητάνειον ἄρτον διαπτύων, τήμερον* ʼAYTO-ΠΥΡΟΝ *ἐπ'* ʼΕΛΑΙΑΙC *ἢ καρδαμίδι σιτεῖται προσφιλῶς καὶ προθύμως.*

In Sermonem XCIX.

Sermo XCIX. *Ariſtoxenus*, p. 542. 49. Πολλὰ δὲ εἶναι ἐν ΤΩ ἐν ὅις ἡ ὀψιμαθία ἐστὶ βελτίων, ὅιον καὶ τὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν πρᾶγμα. δέον ὖν ἐστι παῖδας ὅυτως ἄγεσθαι διὰ τῶν ᾿ΑCΩΜΑΤΩΝ ἀσχόλους. ὥστε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν ἀλλ᾿ εἰ δυνατὸν μηδὲ ᾿ΕΙΝΑΙ τὴν τοιαύτην συνουσίαν, ἐντὸς τῶν ἔικοσιν ἐτῶν. Corruptiſſimum hunc locum ſic reſtituendum putabam; Πολλα δὲ εἶναι ἐν ΒΙΩι ἐν ὅις ἡ ὀψιμαθία ἐστὶ βελτίων, ὅιον καὶ τὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν πρᾶγμα, δέον ὖν ἐστι παῖδας ὅυτως ἄγεσθαι διὰ τῶν ΚΑΜΑΤΩΝ ἀσχόλους, ὥστε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν ἀλλ᾿ εἰ δυνατὸν μηδὲ ᾿ΕΙΔΕΝΑΙ τὴν τοιαύτην συνουσίαν ε. τ. ε. ε. Nunc video fere eadem conjeciſſe *Gisbertum Koenium* ad *Gregor.* De Dial. p. 92. nempe: πολλὰ δὲ εἶναι ἐν τῷ βίῳ et μηδὲ εἰδέναι. Idem docet *Eldikium* pro ἀσωμάτων conjeciſſe ἀσχημάτων eleganti quidem conjectura ſed ad ſenſum parum neceſſaria. — In eodem fragmento p. 543. 5. legitur: ᾿Ελεγε δὲ μητὲ τρυφῆς, μητὲ μέθης πλήρη ταῖς γυναιξὶν ἐις τὸ γεννᾶν ὁμιλεῖν· ὀυ γὰρ ῾ΟΙ ΤΑΙC ἐκ φαύλης καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως ἔυρυθμα καὶ καλὰ, ἀλλ᾿ ὀυδὲ ἀγαθὰ τὴν ἀρχὴν γίνεται. Fortaſſe legendum: ὀυ γὰρ ΔΙΑΙΤΑC ἐκ φαύλης. ut *Plutarch.* de virtute mul. T. II. p. 443. C. Συνεξομοιοῦνται τοῖς ὑποκειμένοις ἤθεσι καὶ κράσεσι σώματων καὶ τροφαῖς καὶ ΔΙΑΙΤΑΙC. et T. II. p. 442. Διαίτη ἀκόλαστος. Fortaſſe vero etiam una literula adpiſta corrigendum: ὀυ γὰρ ΚΟΙΤΗC ἐκ φαύλης, *Euripides* Medea. 150.

> Τίς σοι ποτὲ τᾶς ἀπλήστου
> ΚΟΙΤΑC ἔρως, ὦ ματαία;

Serm. CI. p. 556. 5. *Euryphamus.* Τὸ θήϊον ἄνθρωπον πολυτελέστατον ζῶον ἐς τὸν κόσμον ἐσώκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὄφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακόσ-

διακόσμασιος· Διὸ καὶ ὀνόματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, ΧΑΡΑΚΤΗΡ αὐτῶν ΓΕΝΟΜΕΝΟC. Haec corruptelae manifeſta ſunt. Fortaſſe ſcribendum: διὸ καὶ ὀνόματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, ΧΑΡΑΚΤΗΡΙ αὐτῶν ʽΕΠΟΜΕΝΩC. *Quare res nominibus conſignavit, quae eorum naturae et indoli reſponderent.* Nomina enim eorum, quae iis conſignantur quaſi imagines eſſe putabant. *Plato* in Cratylo. T. III. p. 344. edit. Bip. Τὰ δὲ ὀνόματα ὀυ πολλάκις μέντοι ὡμολογήκαμεν, τὰ καλῶς κείμενα, ἐοικότα ἒιναι ἐκείνοις ὧν ὀνοματα κεῖται καὶ εἶναι εἰκόνας τῶν πραγμάτων;

IN

IN SERMONEM CV. ET CVI.

Sermo. CV. *Euſebius* p. 567. 11. Πρὸς οὓς χρὴ παραμυθεύμενον τάδε λέγειν· ὡς οὐ χρὴ ἐπ' ἄλλων εὐτυχίῃ ἄχθεσθαι, ἀλλὰ ἥδεσθαι διὰ τὸ ὁμογενές· εἰδέναι δὲ ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλῶν, ἔς τε τὰ ἑαυτῶν ΈΓΚΡΥΨΑΝΤΕΣ καὶ τὰ ἐκείνοις παρέοντα ΈΠΙΦΡΑΙΑΜΕΝΟΙ, εὑρίσκουσιν ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας· καὶ ὅτι οὐδεὶς ὑπὸ τῆς τοῦ πέλας εὐτυχίης τῆς ὀφειλευμένης εὐπρηγίης ἀποστερέεται. Verbum ἐπιφραιάμενοι quod ne graecum quidem eſt, *Geſnerus* in textum non admiſit, ſed in marginem relegavit; ἐπισκεψάμενοι vel ſimile verbum reſtituendum eſſe conjiciens. Equidem totum hunc locum ſcribendum puto ſic: εἰδέναι δὲ ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλῶν, ἔς τε τὰ ἑαυτῶν ΈΓΚΥΨΑΝΤΕΣ καὶ τὰ ἐκείνοις παρέοντα ΈΠΙΦΡΑΖΟΜΕΝΟΙ, εὑρήσουσι ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας. *Praeterea autem ſciant, ſi et ſuas res propius inſpicere et quae aliorum ſunt penitius examinare voluerint, inventuros eſſe ſe multos alios felicitate longe longeque ſuperare.* De verbo κύπτειν et compoſitis vide *Buddaeum* in Comment. L. Gr. 89. ſq. Eandem ſententiam paſſim repetitam invenimus. p. 572. 17. Χίλων λυπουμένου τινὸς ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κακοῖς εἶπεν· εἰ τὰ πάντων ΚΑΤΑΝΟΗϹΕΙϹ ἧττον ἐπὶ τοῖς σεαυτοῦ δυσφορήσεις. *Timocles*. p. 616. 30.

> παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο
> ταύτας· ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν
> πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει
> μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα. κ. τ. λ.

Theobulus p. 570. 27. Τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς, γενναίως πειρῶ φέρειν καὶ μήτε εὐτυχῶν ὑπερήφανος ἔσο μήτε ἀπορῶν ταπεινός· ἀλλὰ γίνου ΤΑΠΕΙΝΟΣ ἐφ' ἑκατέρας τῆς τύχης. Lectio ταπεινὸς ſomniculoſo debemus librario. Fortaſſe corrigendum: ἀλλὰ γίνου ΊΚΑΝΟΣ

 ἐφ'

ἐφ᾽ ἑκατέρας τῆς τύχης. *utrique te fortunae ferendae parem praebeas.* ut *Teles* ait p. 575. ἀράμενος ἐν μικροῖσι, ἀράμενος ἐν μεγάλοισιν.

Hipparchus p. 573. 40. Vitam itineri comparans, ad ejus moleſtias ferendas plurimum conferre docet, ſi antequam ingrediamur viam, difficultates quibus referta eſt nobis ante oculos ponamus, neque unquam oblivіſcamur, nos mortales genitos et fragili a natura corpore eſſe praeditos. καὶ πρῶτόν ΓΕ ΠΕΝΘΩΜΕΝ ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὸ σῶμα· πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, φρενίτιδες, ποδάγραι κ. τ. λ. Verbum πενθῶμεν corruptum eſſe nemo non videt. *Geſnerus* in margine: *malim* σκοπῶμεν ὅια τὰ συμβ. Optimo ſenſu: ſed quomodo ex σκοπῶμεν fieri potuit πενθῶμεν? Mihi itaque corrigendum videtur: καὶ πρῶτόν Γ' ἘΠΕΝΘΩΜΕΝ ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὸ σῶμα. h. ἐπελθῶμεν, dorica dialecto. *Primum recenſeamus ea, quae corpori contingere ſoleant.*

Idem. p. 574. 8. Μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες, σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, — μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις. Καὶ ἅιτε πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γίνεσθαι πεφύκασι· πάντα γὰρ ταῦτα, ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια ἘΥΡΕ ΤΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν. Vox εὗρε abundare videtur *Geſnero*; neque ea inducta aliquid relinquitur, quod offendere poſſit. At non inducenda ſed emendanda eſt; et ecce tibi emendationem certiſſimam: πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατα καὶ ἀβέβαια ἘΥΡΙΠΟΥ ΤΡΟΠΟΝ ἐν πολλαῖς καὶ π. μ. γινόμενα παρειλήφαμεν. Hanc emendationem extra omnem dubitationem ponit locus *Maximi Tyrii* Diſſ. XI. 6. p. 200. ed. Reisk. Τοιοῦτον ἡ τύχη, ἄλογον, ἔμπληκτον, ἀπροόρατον, ἀνήκοον ἀμάντευτον ἘΥΡΙΠΟΥ ΔΙΚΗΝ μεταῤῥέον — Τί ἂν οὖν τις

εὔξαιτο

ἔυξατο 'ΑCΤΑΤΩι χρήματι. *Dio Chryſoſtomus* de Fortuna. Orat. LXIV. T. II. p. 323. ed. Reisk. Σεμνὴ μὲν γὰρ "Ευβοια ὡς ἀληθῶς· ἀλλὰ τίς ἡμῶν Φέρειν ἠδύνατο γῆν τραχεῖαν κατοικῶν ἢ θαλάσσῃ στενῇ παροικῶν, καὶ πολλὰς ἀνεχόμενος τῶν πραγμάτων ΜΕΤΑΒΟΛΑC τῶν ἐν τῷ ΡΕΥΜΑΤΙ γενομένων πλείονας. ubi *Reiskius*: ῥεύματι *ſignificat Euripum et fortunam Euboeae pluribus rerum mutationibus obnoxiam quam Euripus perdiu et pernox fluxibusque refluxibusque ſuarum aquarum agitat ſusque deque. Aeſchines* c. Cteſiph. Πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ 'ΕΥΡΙΠΟΥ παρ' ὃν ᾤκει. — *Quintil.* Inſt. Orat. VIII. 6. *Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes et quantos aeſtus ratio comitiorum,* Proxima ſic vulgantur: Διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες, ΝC-ΜΙΖΟΝΤΕC 'ΕΙ τὰ παρέοντα καὶ δεδομένα ΚΑΙ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι ΔΥΝΑΙΤΟ ἐν εὐθυμίᾳ διάξομεν γενναίως Φέροντες τὰ προσπίπτοντα. Haec cum graviter luxata ſint, ſic forſitan emendari debent: διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες ΛΟΓΙΖΟΝΤΕC ΤΕ 'ΟΤΙ τὰ π. κ. δεδομένα 'ΗΜΙΝ τὸν ἐλάχιστον χρόνον δ. ΔΥΝΑΤΑΙ, ἐν εὐθυμίᾳ διάξομεν. His conjecturis ipſe *Hipparchus* calculum addere videtur, ſcribens: νῦν δὲ πολλοὶ πάντα τὰ ὑπὸ φύσιος καὶ τύχας παρέοντα καὶ δεδομένα 'ΑΥΤΟΙC ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες καὶ ὀυχ οἷά ἐστιν ΛΟΓΙCΑΜΕΝΟΙ ἀλλ' κ. τ. λ.

IN SERMON. CXIV.

P*havorinus*. p. 586. 31. Inter alia ſenectutis bona gaudium recenſet, quod ſenex e memoria bene actorum capit: *ὑπάρχει τῷ γέροντι ἀναμεμνήσκεσθαι καὶ καθάπερ κτήμασι τέρπεσθαι, λογιζόμενον ὅτι ἡ τύχη ἡ παντων κυρία* ΤΟΥΤΩΝ *ταῦτα ἄκυρός ἐστιν ἀφέλεσθαι*. *Geſnerus τῶν ἄλλων* legendum conjicit pro *τούτων*. Fortaſſe legendum: *ὅτι ἡ τύχη ἡ πάντων κυρία* ʼΑΓΑΘΩΝ *ταῦτα α. ε. α.* Litera initiali *α* forte omiſſa propter ſummam literarum *α* et *ου* ſimilitudinem *ἀγάθων* facile in *τούτων* abire potuit.

Iuncus. p. 587. 23. de ſenectutis commodis diſputans quaeque juvenilem aetatem ſequuntur incommoda docens, *σκόπησον*, inquit, *ἐπὶ πάντων πραγμάτων αὐτὸ δὴ τοῦτο, ὡς ἄρα τὸ μὲν ἐθέλειν μετὰ σπουδῆς ὁυτινοσοῦν τυγχάνειν*, ΔΙʼ ʽΑΜΑΡΤΙΑC *ἑπομένης λύπην ἐπάγει. τὸ δὲ ἀπόνως καὶ ἀνενδεῶς διακεῖσθαι μίμησίν τινα ἐμποιεῖ τῆς θείας σωφροσύνης.* Iunctis quae jungenda ſunt corrigo: ΔΙΑΜΑΡΤΙΑC *ἑπομένης*. Qua voce *Plato* paſſim utitur.

Idem. p. 588. 35. Adverſarius, quem *Iuncus* ſibi fingit, ſenectutem ea de cauſa vituperaverat, quod morti nimis eſſet expoſita, quare etiam graviſſimum ipſius mortis terrorem auditoribus oratione ſua incutere conatus erat. *Προστησάμενος τοῦ παντὸς ἀγῶνος, καὶ τῆς χλευής τὸν περὶ τοῦ θανάτου φόβον ἤλπισας* ʼΕΚΠΛΗΞΕΙΝ *ὀυδὲν ἧττον κἀμὲ τὸν ἀντιλέγοντά σοι.* Haec menti autoris adverſantur. Fortaſſe *Iuncus* ſcripſerat: *τὸν περὶ τοῦ θανάτου φόβον ἤλπισας* ʼΕΜΠΛΗΞΕΙΝ. *mortis metum incutere.*

IN

IN SERMON. CXIX. ET CXX.

P. 601. 53. Totum hoc fragmentum non *Themiſtii* eſſe ſed *Plutarchi* luculenter oſtendit cl. *Wyttenbach* ad calcem *Plutarchi* de S. N. V. In hoc fragmento legitur: Ἀλλ' οὔτω μὲν, ἔφη ὁ Τίμων, λογιζόμενοι ΚΑΙ ΤΑ ἄφθαρτα δόξουσι διανοεῖσθαι ΦΘΕΙΡΟΜΕΝΟΙΣ. Dixerat alter diſputantium: Si immortalitatis opinio tam antiqua eſt, ut tu ais, quomodo, quaeſo, factum eſt, ut homines ab omni inde antiquitate tam vehementi mortis metu tenerentur; id quod ex verbis apparet, quibus mortuos proſequi ſolemus, ἀθλίους vocantes eos et οἰκτρούς. Ad hoc argumentum Timon reſpondet ea, quae ſupra adſcripſimus, verba, quaeque ſic emendanda ſuſpicamur: ἀλλ' οὔτω ἡμῖν, ἔφη ὁ Τίμων, λογιζομένοις ΚΑΤΑ ΤΑ ἄφθαρτα δόξουσι διανοεῖσθαι ΟΙ ΘΡΕΟΜΕΝΩΙ. *Si nobis, inquit, ex hoc argumento diſputare placet, ii qui mortuos luctu proſequuntur ea ipſa re de eorum immortalitate cogitaſſe videri debent.* Deinde aliquot vocabula profert, quibus veteres in luctu funebri uti ſolebant, quaeque non extinctionis ſed migrationis potius notionem continere videntur.

Sermo. CXX. *Iuncus* p. 611. 18. Ὁ δὲ θάνατος ἄδηλον μὲν εἰ φύσιν ἔχει τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, τοῦ ζῆν ὑπό τινων ἀποτεθνηκέναι λεγομένου· ὅσα μέν τοι ἀγαθὰ παρέχει, δεξάμενος ἡμᾶς ἀδεῶς τε καὶ πιστῶς· ἈΚΟΥΕΤΑΙ μὲν γὰρ ἐνοχλοῦντα ταῖς ψυχαῖς σώματα, μυρίων ὄντα κακῶν αἴτια, ἐπιστὰς διέλυσεν ἀποδιδοὺς αὐτὰ τοῖς στοιχείοις καὶ προστιθεὶς ἅπερ ἐξ αὐτῶν ὥσπερ ἐδανείσατο. Haec ex *Platonis* ſententia diſputata ſunt. In prioribus verbis *Euripidis* verſum reſpexit:

τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν.

Ceterum

Ceterum autem corruptela, quam *Iunci* verbis inhaerere jam *Geſnerus*, animadvertit, iis ſic eximenda videtur: Ὅσα μὲν τοι ἀγαθὰ παρέχει, δεξάμενος ἡμᾶς ἀδεῶς τε καὶ πιστῶς ἈΚΟΥΕ· ΤΑ μὲν γὰρ ἐνοχλοῦντα ταῖς ψυχαῖς σώματα — *Iam vero audi quaenam nobis bona mors afferat*. *Iuncus* autem in toto hoc loco auditorem neſcio quem alloquitur: id quod apparet ex paulo praecedentibus verbis: p. 610. 46. καὶ σοὶ μὲν ἴσως, μᾶλλον δὲ ἄλλῳ τινι τῶν ἀμυήτων φιλοσοφίας, δόξει τὸ πρᾶγμα χαλεπὸν εἶναι.

FRAG-

FRAGMENTVM EVSEBII

EX

IOANNIS STOBAEI ECLOGIS ETHICIS.

L. II. p. 206. Edit. Canteri.

Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς Φήναντος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ Φωτιζόμενα ὄιεις ὄυσαι ἀφανέες, ὁδοὶ διφάσιαι προκέαται βίον ψυχαῖς ανθρώπων, ἀδαμαντίνη ἁιμασίη παχυτάτη καὶ ἐς πολλὸν ὕψος ἀνηκούση κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς Φήναντος ἀπ' ἀλληλέων τὰ πρῶτα διειργόμεναι, καὶ ἡ μὲν

αὐτέων

κατὰ τὰ Φωτιζόμενα.) Legendum ni fallor: *Φατιζόμενα. Secundum ea quae diximus. Sophocles* Oedip. Col. 137. *Φωνῇ γὰρ ὁρῶ τὸ Φατιζόμενον*. Sed incerta eſt Critica in fragmenrorum initiis. Quid in verbis *ὄιεις ὄυσαι* lateat exputare nequeo. *ἀφανέες* jungo cum ſequenribus, *ἀφανέες ὁδοὶ διφάσιαι.*

ἀδαμαντίνη.) Corrigendum procul dubio: *ἀδαμαντίνη ἁιμασίη παχυτάτη καὶ ἐς πολλὸν* v. *ἀνηκούση — διειργόμεναι.* — Proxima diſtinctione laboranr. Diſtinguendum enim: *καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστὶν, ὁκοία δὲ τὴν τ. τ. λαχοῦσα, ἐκ δεξιᾶς χειρὸς (τῶν) ἐσιόντων· αὐτὴ ἐπὶ* — quid in 'AYTAIC lateat difficile dictu eſt. Non una enim via haec emendari poſſunt. Fortaſſe: *αὐτὴ ἐπὶ τὴν* 'ΑΡΕΤΗC 'ΑΚΡΑΝ *ἡγέεται. Haec quae ad dextram eſt via ad virtutis faſtigium ducit. ἄκρα* enim idem eſt quod *ἀκρόπολις* paulo infra. *μεχρὶ τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. Philo* de Vita Moſis: *Μωσῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα.*

τατίζονται δὲ τοιαῖδε) Et hoc loco emendandum ſuſpicor: *Φατίζονται δὲ τ. Hae viae autem ſic comparatae eſſe dicuntur.*

ἐν σκευὴ λατάπως παρέχειν δοκέει). Verba corruptiſſima, quae tamen ſatis probabiliter mihi reſtituiſſe videor ſic: *ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀσκαλὸν ἀταρπὸν παρέχειν δοκέει. Vbi primam viam ingreſſus fueris, aſperam ſemitam calcare tibi videberis. ἀσκαλὸς* ap. *Theocrit.* Eid. X. 14. *τοιγάρ τοι πρόθυρἄν μευ ἀπὸ σπόρου ἀσκαλὰ πάντα.* Schol. *ἠμελημένα· ἀσκαλευτά. Etymol. M. ἀσκάλαφος· παρὰ τὸ ἀσκαλὲς τῆς ἀφῆς, ὁ λίαν σκληρός.* In *Leonida Tarentino* Epigr. LXIII. fortaſſe ſcribendum:

Ἐνθυμεε

αὐτέων ἐστὶν ὁκοία δὲ τὴν τιμιωτέρην τάξιν λαχοῦσα ἐκ δεξιῆς χειρὸς ἐσιόντων αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται, ἑτέρη δὲ λαῖια ὖυσα ἐπὶ τὴν κακίην ἐστι παραπέμπουσα· τατίζονται δὲ τοιᾶιδε, ἡ μὲν τῆς τα ἀρετῆς πρῶτα ὀυ σκευὴ λατάπως παρέχειν δοκέει ὄια τε μέντοι ἐυτυχεῖ πόνῳ ἀνυσθῆναι, ἀλλα καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει καὶ παραπέμψαντας ἀκινδύνως. Τὸ δὲ μετα τοῦτο ἐστὶ δὸς θέτε καὶ ἐυρέη μεχρὶ τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ, ἐπὴν ἀνελθὼν ἐν τοῖς καλλίστοις ἔσεαι, καὶ θέη ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐυδαιμονεστάτων. ἀτὰρ δὴ καὶ Φωτὸς παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλει μυρίῳ προήκοντος, καὶ ἀυγοειδεστάτῳ, πέριξ καὶ περὶ πᾶσαν γῆν ἀναπεπταμένην αἱ πό-

Ἔυθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' Ἄϊδος
ἀταρπὸν ἔρπαν ὀυ γὰρ ἐστι δύσβατος
Ὀυδ' ΑCΚΑΛΕΥΤΟC, ὀυδένος πλέως πλάνης,
ἰθεῖα δὴ μάλιστα καὶ κατακλινὴς
ἅπασα, κ'ἠκμεμυκότων ὁδεύεται.

Hesiodus vocat ὄιμον τρηχὺν in Opp. et D. 267. et *Xenophon.* Memorab. II. 1. 39. χαλεπὴν ὁδόν. quos expreſſit *Maxim. Tyrius* Diſſ. XXXIX. 3. p. 235. ſqq.

ὄια τε μέντοι) Reddatur *Euſebio* quod dialectus, qua uſus eſt, requirere videtur: ὄιητε. *aſpera quidem via, ea tamen quae — ſuperari poſſit.* in verbis ἐυτυχεῖ πόνῳ ulcus latere ſuſpicor, cum in laboribus, qui virtutis conſequendae cauſa ſuſcipiuntur, nullus fere fortunae locus relinquatur. Fortaſſe: ὄιη τε μέντοι ἀτρύτῳ πόνῳ ἀνυσθῆναι. α enim et ευ in Codd. ſexcenties permutari et alii docuerunt et nos aliquot exemplis in hoc ipſo libello demonſtravimus. *Damaſc.* ap. *Phot.* p. 1056. φιλολογίᾳ δὲ καὶ ἀτρύτοις πόνοις ἐγκείμενος. *Suidas* V. ἄτρυτος haec laudat: ταῖς δὲ ἡμέραις ἀτρύτοις πόνοις ἑαυτὸν πρὸς γεωργίαν ἐξεδίδου. *Pindar.* Pyth. IV. 310. πέμπε δ' Ἑρμᾶς χρυσόραπις διδύμους Υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον. Alia vide apud *Valkenaerium* in Adoniaz. p. 212. *Maximus Tyr.* l. c. ἐπ' αὐτὸ ἄγει τὸ τῆς ὁδοῦ τέρμα, ἣν μόγις καὶ μετὰ πραγμάτων σὺν πολλῷ πόνῳ καὶ ἱδρῶτι ἀνύουσι καματηραὶ καὶ ἐπίπονοι ψυχαί. Aſperitatem igitur ejus viae, quae ad virtutem ducit, indefeſſo labore et magna omnium virium contentione ſuperari tamen poſſe, ait *Euſebius.*

τὸ δὲ μετὰ τοῦτο) *Deinde autem.* Ἐστι δὸς θετε καὶ ἐυρέη. Nihil his verbis corruptius. Putabam olim, literarum ſimilitudine ductus: ἐστιν ὀρθή τε καὶ ἐυρέη quam lectionem eo defendere poſſit aliquis, quod, templo virtutis in rupe collocato, via, quae ad eam ducit, acclivis (ὀρθὴ) eſſe debeat. Minus igitur jam moleſtam eſſe hanc viam, arduam tamen et ſatis difficilem;

et

λιες ἔασι καὶ οἱ τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ ὧν ὡς ἕκαστα ἔχει ὁ ἐπὶ συμβουλίην τῶν ψυχέων προπεμφθεὶς ἐρέῃ λόγος, καὶ εἶδε μὲν ὧδε κακῶς ἔχει, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἔχουσα ἐστιν ὄιη, τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς ὀλίγου πάγχυ, καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δὲ καὶ ἐπιπαραγωγὴ τῶν προσιόντων γεῦσαι τοῦ ἡδέος· ὥστε δὲ μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου, εὐθὺς ἄγει εἰς ὁδὸν σκολιήν, σκόλοπάς τε ἔχουσαν, οἵτινες δὲ ὀξέες μεγάλοι καὶ πυκνοὶ καταπεπήγασι, καὶ χαράδρας καὶ κρημνοὺς κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς εὑρισκομένους καὶ τοὺς τοῦ συμψή-

et in qua minor quidem opera, opera tamen adhibenda ſit. Cui interpretationi et *Euſebius* favet: μεχρὶ τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. — Erunt tamen fortaſſe, quibus magis ſe probet, altera quae nobis enata eſt, conjectura: ἔστιν εὐθεῖα τε καὶ εὐρέη. Ἀταρπὸν ἰθεῖαν καὶ κατακλινῆ habemus in Epigr. *Leonidae Tarentini* LXIII. ſupra laudato. *Eurip.* Rheſ. 421. Εὐθεῖαν λόγων Τέμνων κελευθόν. — Mox lego: ἐπ' ἥν. Ionum more. *in quam arcem.* Cum toto hoc loco conferendus *Oneſt.* Epigr. III. Anal. V. P. T. II. p. 289.

> Ἀμβαίνων Ἑλικῶνα μέγαν κάμες· ἀλλ' ἐκορέσθης
> Πηγασίδος κρήνης νεκταρέων λιβάδων.
> Οὕτω καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος: ἢν δ' ἄρ ἐπ' ἄκρον
> τέρμα μόλῃς, ἀρύσῃ Πιερίδων χάριτας.

Καὶ θέῃ ἄλλων) Verbum θεάομαι ſive θέομαι genitivo junctum cum nullibi, quantum equidem ſcio, occurat, ſubſtantivum, quo hi genitivi regantur, intercidiſſe ſuſpicor. Fortaſſe totus hic locus ſic emendari poteſt: καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἈΠΑΡΧΗΝ καὶ φωτὸς παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλει μυρίῳ προήκοντος καὶ αὐγοειδεστάτου. *Videbis cum multorum aliorum, quae praeſtantiſſima cenſentur, bonorum, tum lucis, quae ſplendore reliqua omnia longe multumque ſuperat, fontem atque originem.* Mutatio verborum ἀτὰρ δὴ in ἀπάρχην, ut vides, facillima eſt.

Καὶ εἶδε μὲν ὧδε κακῶς ἔχει. Corrigendum ſuſpicor: καὶ ἥδε μὲν ὧδε καλῶς ἔχει. *Haec igitur virtutis via, ut diximus, bene ſe habet.* — In proximis primum pro ἔχουσα ſcribendum puto ἄγουσα. ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἄγουσα. Deinde pro: ἔστιν ὄιη fortaſſe emendandum: ἔστι λείη τὰ μὲν κατ' ἀρχάς. *Prima via quidem eſt leviſſima. Heſiodus* E. καὶ H. 288.

> Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
> Ῥηιδίως· λείη μὲν ὁδὸς μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.

v. *Graev.* Genitivi qui ſequuntur cum ἡδέος jungas, quod ipſum a γεῦσαι pendet: *ita ut, qui hanc viam ingrediuntur, parvam quandam eandemque ne ſinceru quidem*

ſed

συμψήσοντος καὶ παρασυρέοντος, τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοὺς βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος, ὥστε πολλοὺς εὐθὺς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ λοιποὶ τύχῃ οὔτ' ἄρ' οἰκείῃ προμηθείῃ ἐπὶ τὰς αὐτόθι ἐούσας πόλιας διασκεδάννυνται, ἄλλοι ἄλλοσε, καὶ ἐπὶ πᾶσαν, πολλὴν ἐοῦσαν, τὴν χώρην, περὶ ὧν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προκρινόμενος ἄγγελος ἀφηγήσεται. Τουτέων ἐουσων τῶν ὁδῶν τοιουτέων, ἄγει ὁ προειρημένος καὶ ἔστιν ἐν μέσῳ θεοῦ μεγάλου κήρυξ, σύμβουλος λόγος, ψυχαῖς ταῖς μελλούσαις κατιέναι τοιάδε προφανέει· ψυχαὶ ἀνθρώπων φύσιν ἔχουσαι, θνηταί τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωὴ μὲν τῇ ἐπὶ γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δοκέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἐπ' ἐὰν χρόνου τοῦ τεταγμένου ὑμῖν ἀνυσ-

ſed admodum fallaci voluptate fruuntur. Pro ἐπιπαραγωγῇ ſcribendum, ni fallor: Ἐπὶ παραγωγῇ τ. π. — Vel ſic tamen aliquid duri reſtat, cum infinitivus γεῦσαι natare videatur. Scribamus itaque: (ὥστε) ὀλίγον πάγχυ — γεῦσαι τοῦ ἥδεος. eandem voculam, quae proximae periodi initium conſtituit, inducentes; cum probabile ſit, eam a ſomniculoſo librario, ubi ſcribi debuiſſet, omiſſam, ubi ſuperfluaerat, ſcriptam fuiſſe

ὥστε δὲ μηδενὸς μετὰ ταῦτα). Lego: Μηδενὸς δὲ μετὰ ταῦτα ἡγέμονος ἑυρισκομένου. — Quae ſequuntur corruptiſſima ſunt; neque facile certa eorum emendatio reperiri poterit. Primum ἑυρισκομένους librarii debetur oſcitantiae, qui paulo ante ſcripſerat ἡγεμόνος ευρισκομένου. Deinde pro ποταμοὺς ſcribendum eſſe ποταμοῦ certiſſimum. Videſis igitur an totus hic locus ita refingi poſſit: καὶ κρημνοὺς κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς σφαλλομένους εἰς τοὺς ῥοῦς τοῦ ῥοφήσοντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ. *In viam praecipitiis refertam, unde, quicunque vel paululum titubent, praecipites feruntur in undas fluminis, quibus abſorbentur.* ῥοῦς facile excidere potuit poſt ſimilem ſyllabam τοὺς. Fortaſſe etiam emendandum: κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς μὲν εἰς σκοπέλους, τοὺς δὲ εἰς τὰς δίνας τοῦ ῥοφήσοντος καὶ π. τ. κ. ε. α. ποταμοῦ. Sed in eiusmodi locis omnis conjectura incertiſſima.

καὶ ζωὴ μὲν τῇ ἐπὶ γῆς) Scribendum, ni fallor: καὶ ἐπὶ ζωῇ μὲν τῇ ε. γ. Fortaſſe etiam νομιζομένῳ θανάτῳ. eodem ſenſu quo τῷ δοκέοντι θανάτῳ. *Animae hominum, quae natura ita comparatae eſtis, ut et mortales et immortales videamini, quippe quae terrena vita peracta, morti, quae tamen revera mors non eſt, (τῷ νομιζομένῳ) tradamini.*

αὐτῆς ἀπολύθητε σήματος). Fortaſſe corrigendum: αὖθις ἀπολύθητε σώματος. σώματος ἀπολύεται

ἀνυσθέντος αὐτῆς ἀπολυθῆτε σήματος τοῦ ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ ὑποδεξαμένου ὑμέας, διαδέξονται αὖθις ὑμέας τρόπου τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς, βίοι οἱ ὀφειλόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο παραινέω, θεοῦ μεγάλου ἑρμέω καὶ θεῶν τῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος, λόγος, καὶ ἀπειθέουσαις μὲν προλέγω θνητὰ κακὰ, πειθομέναις δὲ ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοῖς τῶν θεῶν ὁμοιούμενα· Ὀυ χρὴ ὄυν βραχία γῆς κιβδήλου τε καὶ ἐυδιασκεδάστου τῆς ἡδονῆς ἕνεκα, κακὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμένοντα χρόνον αἱρέεσθαι, καὶ βίῳ τῷ βραχυτάτῳ βίον βλάψαι τὸν μετὰ ταῦτα μακρότατον, ὀυδ᾽ ἂυ πονον ὀλίγον καταδείσας ἀγαθὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμένοντα τὸν πάντα χρόνον καὶ ἐυδαιμονίην βιοτῆς μηκίστης μετὰ ταῦτα προΐεσθαι.

λύεται anima, cujus quaſi vinculo tenetur et rebus terreſtribus affigitur. *Plutarch.* ap. *Stobae.* Serm. CXIX. p. 604. 20. Ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν. ἑτέρῳ δ᾽ ἂν ῥήματι τὸ σῶμα τοῦτο δέμας ὀνομάζουσι, ὡς δεδεμένης ὑπ᾽ αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν. ut hunc locum optime emendavit cl. *Wyttenbach* ad calcem *Plutarchi* de S. N. V. p. 135. *Mercurius* apud *Stobaeum.* S. CXIX. p. 604. 20. Καὶ τοῦτό ἐστι θάνατος, διάλυσις σώματος καὶ ἀφανισμὸς αἰσθήσεως σωματικῆς.

τρόπου τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς). Fortaſſe ſcribendum: κατὰ τρόπον τῆς ε. γ. ζ. *Pro ratione vitae anteactae, novae cujusdam vitae participes eritis*

καὶ ἀπειθέουσαις μὲν προλέγω) Totum hunc locum ſic refingendum ſuſpicor: καὶ ἀπειθεούσαις μὲν προλέγω ἀθνητα κακὰ, πειθομέναις δὲ ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοῖς τῶν θεῶν ὁμοιούμενα. Ὀυ χρὴ οὖν βραχυτάτης κιβδήλου τε καὶ ἐυδιασκεδάστου τῆς ἡδονῆς ἕνεκα κακὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμένοντα τὸν πάντα χρόνον αἱρέεσθαι. *Eos autem qui morem mihi gerere recuſant, aeterna mala manere praemoneo, cum contra obſequentibus bona futura ſint, Deorum bonis admodum ſimilia. Quocirca breviſſimae leviſſimaeque atque falſiſſimae voluptatis cauſa graviſſima atque diuturna mala ſubire, parum decet.* De βραχυτάτης, quod repoſuimus pro βραχία γῆς aliquid monere putidum eſſet. τὸν πάντα χρόνον recte quoque emendavimus cum ipſe *Euſebius* paulo infra: ἀγαθὰ μεγάλα καὶ τὰ παραμένοντα τὸν πάντα χρόνον dixerit.

πόνον ὀλίγον καταδείσας.) Fortaſſe corrigendum: πονον ὀλίγον καταδυσάσαι. cum omnis Rationis ſermo animas (τὰς ψυχὰς) reſpiciat.

FINIS ANIMADVERSIONVM
IN
STOBAEI FLORILEGIVM.

COROLLARIVM CRITICVM.

His jam abſolutis, reliquarum conjecturarum atque animadverſionum farraginem, quae in Adverſariis noſtris latent, in hoc capite depromamus. Ducat agmen *Meleager* Epigrammatiſta, cujus elegantem aeque ac doctam editionem debemus ſtudio et eruditioni Viri clariſſimi mihique multis nominibus conjuncti *Friderici Manſo*. — Epigr. III. Ad hoc carmen cf. Epigr. Ἀδεσπ. III. Tom. III. p. 151. Quod Amorem *ἡνίοχον ἱμέρου ἄρσενος* vocat, id debere videtur *Anacreonti*, quem laudat *Euſtath.* Ιλ. p. 1442. 47. *ὅτι δὲ τὸ ἡνιοχεύειν — οἱ ὕστερον γενικῇ συνέταξαν δηλοῖ χρῆσις ἡ λέγουσα τὸ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχέυεις.* Vide *Anacreontis* Fragm. LXIII. De eodem Deo *Hermeſianax* ap. *Athen.* XIII. p. 597. *δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.* *Lucian.* Amor. 37. Tom. III. p. 438. duplicem Amorem eſſe docens, alter, inquit, *πάνυ νήπια Φρονῶν οὐδενὸς αὐτοῦ διάνοιαν ἡνιοχεύειν δυναμένου λογισμοῦ.* Deinde quivis moderator et gubernator cujuscunque rei gubernator ejus et auriga audit. Minerva *αἰγίδος ἡνίοχος πολιοῦχος Ἀθάνα.* ap. *Ariſtophan.* Nub. 602. Timotheus citharista *Τιμόθεον κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον* in Epigr. *ἀδεσπ.* DXXXVIII. — *Simonides* Epigr. LXVII. *Γνῶθι Θεόκριτον προσεδὼν τὸν Ὀλυμπιονίκαν Παῖδα παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον.* *Antipater Sidonius* Epigr. LXXXVII, de matrefamilias: *Ἀνία δ' αὐδάσει δώματος ἡνίοχον.* — In verſu 3tio hujus Epigrammatis ſunt qui *τρέψω* legant. Perperam. Confirmatur

matur exquiſitior lectio *ῥέψω* *Luciani* loco, qui ad ſenſum hujus Carminis facit, in Amor. 4. T. II. p. 401. *Καὶ μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος, ἐπεὶ μηδ' εἰς ἕτερόν σε τοῦ πάθους ῥέποντα ὁρῶ, πότερους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας.*

Epigr. IV. Ἀιὲν ἐν ἰξῷ ὀφθαλμοὶ χριόμενοι. Senſum horum verborum docte aperuit cl. Editor. Similem locum habemus in *Lucian.* Amor. T. II. p. 399. *Πυρὶ γὰρ οὐ σβέννυται πῦρ, οὕτω τις ὑγρὸς τοῖς ὄμμασι ἐνοικεῖ* ΜΥΩΨ *ὃς ἅπαν καλλὸς εἰς αὐτὸν ἁρπάζων, ἐπ' οὐδένι κόρῳ παύεται.* Sententiam *Luciani* non procul a *Meleagri* acumine abeſſe ſentio. Fateor tamen me non ſatis aſſequi, quomodo tandem oeſtrus, oculis amatoris inſidens, pulcra quaevis ad ſe trahere poſſit. Quin potius in pulchrorum oculis aculeus quidam, qui intuentes pungat et ſollicitet, ineſſe putatur. Dum meliora edocear *Luciani* locum in mendo cubare et fortaſſe corrigendum eſſe puto: *οὕτω τις ὑγρὸς τοῖς ὄμμασι ἐνοικεῖ* ἸΞΟC, *ὃς....* Alia ſed ſimili imagine utitur *Apulejus* Metamorph. L. II. p. 98. ed. Rhunk. *Serit blanditias, invadit ſpiritum, amoris profundi pedicis aeternis alligat.* — In verſu 6to corrigendum puto:

— Τί *μοι νενοτισμένα χεῖτε*
Δάκρυα; πρὸς δ' εἱρκτὴν αὐτομολεῖτε ΠΑΛΙΝ.

Epigramma X. v. 3. Non ipſum Nectaris potum ſed potius oſcula nectarea Ganymedes Iovi propinat. Acumen in eo eſt, quod omnia grata et dulcia, melli et nectari comparantur. Cf. *Paul. Silent.* Ep. II. 5. *Τὰ φιλήματα μαλθακὰ Δημοῦς Ἔγνως καὶ δροσερῶν ἡδὺ μέλι στομάτων.* *Theocrit.* VII. 82. Auctor Cantici Cant. c. IV. 11. *Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου νύμφη. Μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσαν σου.* Epigr. Incerti Aut. LV.

 Κούρη

Κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς.
νέκταρ ἔην τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει·
καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

Lucian. D. D. V. 2. T. I. p. 214. ubi Iuno Iovi Ganymedis amorem exprobrat: σὺ δὲ καὶ τὴν κύλικα οὐκ ἂν ἄλλως λάβοις παρ' αὐτοῦ, ἢ φιλήσας πρότερον αὐτὸν, ἁπάντων ὁρώντων, καὶ τὸ φίλημα σοὶ ἥδιον τοῦ νέκταρος. *Meleagrum* forſitan ante oculos habuit *Philoſtratus* Epiſt. XXI. Ἐμοὶ δὲ μούνοις πρόπινε τοῖς ΦΙΛΗΜΑCIN, ὧν καὶ Ζεὺς γευσάμενος καλὸν οἰνόχοον παρεστήσατο. ut hunc locum emendavimus in Specimine Emend. c. X. p. 50.

Epigr. XII. 4. Ἡ ΤΑΧΑ τ' οὔνομ' ἔχει τ' αὐτὸ μόνον. Fateor mihi cum doctiſſimo Interprete verba ἢ τάχα importuna videri. Videſis an *Meleager* ſcripſerit:

ΝΗ ΔΙΑ τ' οὔνομ' ἔχει τ' αὐτὸ μόνον.

Epigr. XVI. ἀκρήτῳ μέθυσον κάλπιν. Simili uſu Autor Incert. Epigr. LXXVIII.

τέφραν δὲ μεθύσκων
Πηλὸν ποιήσεις κ' οὐχ ὁ θανὼν πίεται.

ubi memini loci ap *Plutarch.* de Cohib. Fra. T. II. p. 463. A. Διὸ τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες, αὐλητρίδος ἀκούομεν ἑωθινῆς καὶ πηλὸν 'ΟCΤΙC 'ΕΙΠΕΝ οἴνου καὶ σπαράγματα στεφάνων. quem locum ſic emendandum ſuſpicor: καὶ πηλὸν 'ΕCΤΙΝ 'ΕΙΔΕΝΑΙ οἴνου καὶ σ. σ. De formula οἴνου πηλὸν v. *Caſaub.* ad *Athen.* IX. c. VIII. et *Dorville* ad *Charit.* p. 39. qui hunc *Plutarchi* locum alio modo tentavit.

Epigr. XVII. 2. μηδὲ περιβλήτους — πόθων ἀκίδας. *Brunkius* in Animadverſſ. πυριβλήτους emendandum proponit. Mihi olim in mentem venerat

μηδὲ πυριφλέκτους ἔχε πόθων ἀκίδας.

ut

ut in Epigr. ἀδεσπ. XX'X. 3. Ἐι δ' ἐσιδὼν, ὦ ξεῖνε, πυριφλέκτοισι πόθοισιν Ουκ ἐδάμης, πάντως ἢ θεὸς ἢ λίθος εἶ. *Eurip*. Ion. 196. πάνον πυρίφλεκτον ἄιρει.

Epigr. XXVII. 5. ἦν γὰρ ὅτ' ἦν Δάφνις ἐν ὄυρεσιν COI Δ' Ὑάκινθος. Recte animadvertit *Brunkius* σοὶ non habere quo referatur; quare legendum eſſe: ἠδ' Ὑάκινθος. Fortaſſe paulo majori energia

῏HN Δ' Ὑάκινθος.

Epigr. XXXIX. Τὸ λίχνον ὄμμα. Ducta metaphora a guloſis hominibus. Mox Epigr. XLVI. λίχνον ἐμβλέπειν. *Aelian*. ap. *Suid*. V. Λίχνος. Ἀνὴρ λίχνον ὄμμα καὶ ἀσελγὲς πιαίνων κακῇ ἐστιάσει. *Callimach* ap *Lucian*. in Amor. 49. T. II. p. 452. Ἄιθε γὰρ, ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὤρισε παιδοφιλεῖν. *Maximus Tyr* XXVI. 8. Τυραννὶς ἀκόλαστος ὅταν ἀπῇ μὲν ὁ λόγος οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ λιχνέυωσιν.

Epigr. XLII. cf. Epigr. ἀδεσπ. CCLXVII. *Ovid*. III. Amor. IX. 7. — ταρσὸν πτερύγων. *Euſtath*. Od. I. p. 349. 34. ταῤῥὸς γὰρ ὁ στοῖχος τῶν κωπῶν, ἐπεὶ πτεροῖς ἐοίκασι· καὶ σημείωσαι ὅτι κατὰ τοιαύτην τινα ὁμοιότητα καὶ ἐπὶ ὀρνέων πτέρυγος ὁ ταρσὸς λέγεται. *Aelian* de Anim. II. 1. ταρσῷ τῶν πτερῶν. *Poſidipp*. Epigr. XIII. τὶ δὲ ταρσοὺς πόσσιν ἔχεις διφυεῖς.

Epigr. XLIV. Locutionem ἐνάψαι πείσματα, πρυμνήσια illuſtravit *Valken*. in Hipp p. 246. A. *Aeſchyl* Agamemn. 992. χρόνος δ' ἐπεὶ Πρυμνησίων ξυνεμβόλοις ψαμμίας ἀκάτας παρῆψεν. — Ad verba πνεῦμα τὸ λειφθὲν ἔτι confer *Callimach* Epigr. IV. ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πλέον. *Theocrit*. XXIX. 5. τὸ γὰρ ἥμισυ τῆς ζωΐας ἔχω Ζᾷ τᾶς σᾶς ἰδέας, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο. — Ad verſ. 5. 6. confer Epigr. ἀδεσπ. XXXI

καὶ πότε μὲν φαίνεις πολὺν ὑετόν· ἄλλοτε δ' αὖτε
ἔυδιος ἁβρὰ γελῶν ὄμμασιν ἐκκέχυσαι.

 Ceterum

Ceterum *βάλης* eſt pro *ἐπιβάλης* ut Epigr. XL. *παιδὶ βαλὼν πτερύγας.* — *ἢν δ᾽ ἱλαρὸν βλέψης ἡδὺ τέθηλεν ἔαρ.* Appoſite *Theocritus* Eid. XIII. 45. *ἔαρ δ᾽ ὁρόωσα Νύχεια.* ubi *Schol.* *ἱλαρὸν καὶ ἡδὺ βλέπουσα.*

Epigr. XLVIII. *ὄυ μοι παιδομανὴς κραδία.* *Rufinus* Epigr. XIV. *Ὀυκέτι παιδομάνης ὡς πρίν ποτε.* Idem verbum olim forſitan legebatur in Epigr. *ἀδεσπ.* VIII.

Ὀυδὲ μόνοις ἐπὶ τοῖςδε δεδόρκαμεν· ἀλλ᾽ ἐπὶ πάντων
κάλλεϊ ΠΑΙΔΟΜΑΝΗ *κανθὸν ἐφελκόμεθα.*

Epigr. XLIX. Ad *δασυτρώγλων* confer harum obſcenitatum magiſtrum *Stratonem* Epigr. XCVII. *ἔστι Δράκων τις ἔφηβος ἄγαν καλὸς, ἀλλὰ δράκων ὢν Πῶς ἐις τὴν* ΤΡΩΓΛΗΝ *ἄλλον ὄφιν δέχεται;* — *λαστάυρων* illuſtrat *Euſtath.* in Ιλ. p. 359. 45. — v. 4. *ποιμέσιν αἰγοβάταις.* Admove his *Lucian.* D. D. XXVII. p. 272. ubi Pan. *ἐρωτικὸς*, inquit, *ἐιμὶ, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ.* Ad quae Mercurius: *Ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ ἐπιβαίνεις;* *Strato* Epigr. LXX. *ἀμφαλλὰξ δὲ ὁι αὐτοὶ ἀπόστροφα νωτοβατοῦνται.*

Epigr LI. 3. *κακισθεὶς ἥδεται.* *Propertius* I. El. XII. 15.

Felix qui potuit praeſenti flere puella
nonnihil adſperſis gaudet amor lacrymis.
aut SI deſpectus potuit mutare calores,
ſunt quoque translato gaudia ſervitio.

In quo loco emendando multum ſudaverunt VV. DD. Equidem conjeceram:

aut QVI deſpectus potuit mutare calores,

hoc ſenſu: Ille quoque felix praedicandus eſt, qui a puella contemtus et deſpectus, in alius amoris caſtra transfugere poteſt. — Ad noviſſimum Epigrammatis noſtri diſtichon confer *Poſidipp.* Epigr. VI. 3. 4. *Antholog. Lat.* III. Epigr. CCXVIII.

Quis locus inſidiis dabitur mihi tutus amoris
Frigore concreta ſi latet ignis aqua.

Epigr.

Epigr. LV. 1. In hanc ſententiam *Charito*. V. 5. p. 88. Ὥσπερ γὰρ ἐπί τι τραῦμα ἐρωτικὸν, τὴν παλαιὰν ἐπιθυμίαν, σφοδροτέραν αὖθις ἐλάμβανε πληγήν. Vbi verba τὴν παλαιὰν ἐπιθυμίαν ex gloſſemate addita ſuſpicor. Idem. L. VIII. p. 137. ὡς ἐπὶ τραύματι παλαιῷ πληγὴν ἔλαβε καινήν.

Epigr. LVII. 3. ἐν πυρὶ γενναθείς. Epigr. *Plinii Secundi* in Anthol. L. I. XXIII.

Ardenti Baccho ſuccenditur ignis Amoris
Nam ſunt unanimi Bacchus Amorque Deus.

Senſum totius Carminis hunc eſſe judico. Poeta cum vino largiter prolutus amorem jam fere extinctum, denuo, ut fieri ſolet, excitaſſet, Baccho foedus cum Amore junctum exprobrat. Attamen quid ſibi velit verſus: καὶ με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην equidem non ſatis perſpicio. Non enim Bacchi, in quem nihil deliquerat, ſed Cupidinis ſupplex factus eſt poeta; ille eum novis amoris vinculis conſtrinxit, πάλιν ἔδησε. Quare hunc verſum in mendo cubare et corrigendum ſuſpicor:

ἐν πυρὶ γενναθεὶς στέργεις φλόγα τὰν ἐν Ἔρωτι
ΤΩι με πάλιν δήσας ΔΟΥΛΟΝ ἄγεις ἱκέτην.

Amori me quaſi ſervum ſupplicem conſtituiſti. Servum Amoris ſe profeſſus eſt poeta Epigr. LV.

αὐτίκα γὰρ, λήθαργε κακῶν, πάλιν εἴ σε φυγοῦσαν
λήψετ' Ἔρως, εὑρὼν δράπετιν, αἰκίσεται.

Incertus Auctor Epigr. LII. Iovem μακερῶν δοῦλον ἐρώτων vocat. *Poſidippus*. Epigr. II.

— σὺ δ' ἔρως μηκέτι μοι πρόσαγε
ἢν μελάβῃς μεθύοντ' ἄπαγ' ἜΚΔΟΤΟΝ.

Epigr. LVIII. 5. μύροις δ' ἔῤῥαινε λιπόπνουν. cum jam nimio ardore exuſta in eo es ut extinguare, novum tibi alimentum Amoris crudelitas affundit. λιπόπνους ut ἄπνους. *Aemilianus Nic.* Ep. I. ἤδη γὰρ ξιφέεσσι λιπόπνοος. *Philoſtrat.* de Telepho. δι' ἃ λιπόπνους τήκεται ἐμψύχῳ σαρκὶ

σαρκὶ συνελκόμενος — In verſu 7mo pro σὺ δ' ἄρτι μὲν ἐν πυρὸς ἄιθῃ mihi olim in mentem venerat:

σὺ δ' ἄρτι μὲν ἔμπυρος ἄιθῃ.

Epigr. LX. 2. μυρόπνους ἀρτιβρεχὲς πλόκαμος. *Suidas* V. ἁβρός. — Ὁμῶς δὲ τρυφερὸς, ἐκεῖνος καὶ ἁβρὸς καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος κατεαγὼς καὶ λελυγισμένος (L. λελυμμένος ut *Paul. Silent.* Epigr. IX. καὶ δέμας ἐκλέλυται) καὶ τὰς δὲ κόμας ἀναδούμενος — καὶ ἁβροσταγὲς (L. μυροσταγὲς ut in V. ἀναδούμενος) ἀεὶ ἔχων τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους. *Charito* L. I. p. 7. 19. κόμην εἶχε λιπαρὰν καὶ βοστρύχους μύρων ἀποπνέοντας. *Marcus Argent.* Epigr. XX. τόντε μυρόπνουν βόστρυχον ὡραίων ὖυλον ἀπὸ πλοκάμων. — V. 3. ἄγρυπνον μὲν ἼΔΟΥ βεβαρημένον ὄμμα. Cum ἴδου vehementer langueat doctiſſimus *Manſo* ὕπνῳ legendum eſſe conjecit. Diſpiicet tamen ἄγρυπνον ὕπνῳ. Videſis itaque an corrigendum ſit:

μηνύει ἄγρυπνόν ΣΕ ΠΟΘΩι βεβαρημένον ὄμμα.

ut in verſu primo: ἐπεί σέ γε τὴν Φιλάσωτον Μηνύει μυρόπνους — De Clodia *Cicero* Orat. p. Redit. II. 6. *Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis.* — V. 4. καὶ σφιγκτὸς στεφάνων ἀμφὶ κόμαισι μίτος. σφίγγειν verbum hac in re proprium. *Aſclepiades* Epigr. X. σφιγχθεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος. *Paul. Silent.* XXXIV. κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα. — V. 8. Κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος. *Crotalorum, manu pulſatorum, ſtrepitus.* Verbum χειροτυπὴς quod huic loco apoſitiſſimum eſt minime convenit Marſyae in Fragm. *Teleſtis* ap. *Athen.* XIV. p. 616. F. — Δρυμοῖς ὀρείοις ὄργανον δῖαν Ἀθάναν, δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν, αὖθις ἐκ χερῶν βαλεῖν, νυμφαγενεῖ ΧΕΙΡΟΚΤΥΠΩι Μαρσύᾳ κλέος. Legendum, ni fallor: νυμφαγενεῖ ΧΟΡΟΙΤΥΠΩι Μαρσύᾳ κλέος. Id enim Satyris proprium, terram ſaltando pulſare. *Myrinus* Epigr. I.

Ὑψηλῶν

Ὑψηλῶν ὀρέων ἔφοροι κεραοὶ ΧΟΡΟΠΑΙΚΤΑΙ Πᾶνες.

Epigr. LXVII. κώμων χειμέριον πέλαγος Habemus hic igitur *tempeſtatem commiſſationis* quam metaphoram eo nomine improbat *Cicero* de Orat. III. 41. quod major imago efficiatur, quam res ipſa poſtulet. Ecce tibi ipſa rhetoris verba: *Nolo eſſe aut majus quam res poſtulet, tempeſtas commiſſationis*; *aut minus, commiſſatio tempeſtatis.*

Epigr. LXXVI. 4. φλέγεται πῦρ πυρὶ καιόμενον. Epigr. ἀδεσπ. CCLXVII. Ἁ μέγα θαῦμα· φλέξει τις πυρὶ πῦρ. ἥψατ' ἔρωτος ἔρως. Simili acumine *Apulejus* Metamorph. L. V. p. 364. ubi Amor, *ipſe*, inquit, *amator advolavi tibi. Sed haec feci leviter ſcio: et praeclarus ille ſagittarius ipſe me telo me meo percuſſi, teque conjugem meam feci.*

Epigr. LXXVII. Acumen hujus Epigrammatis verſatur in ambiguitate vocis κέλης; qua de meretricibus Comici utuntur. Senſum verborum *Ariſtophanis* in Lyſiſtr. 60.

ἀλλ' ἐκεῖναι γὰρ οἶδ' ὅτι
ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι.

Scholiaſtes aperuit. Facete idem Comicus in Pace 900. Ἡνίκα δὲ κέλης κέλητι παρακελητιεῖ. Eadem metaphora utitur *Cicero* Or. de Haruſp. Reſp. c. 27. de Clodio, impuriſſimo homine: *Quae navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam iſtius aetas fuit?* — V. 2. πλωτόν. Sic qui virginitatis primitias retulit πρωτόπλοος vocatur a *Platone* in Epigr. ap. *Athen*. L. XIII. p. 589. D. Vide *Brunk.* Animadverſſ. ad Anal. V. P. T. III. p. 30. — V. 4. πόλιος δ' ἐκλέλυται πρότονος. Cum poeta a ſuperioribus corporis partibus ad inferiores deſcendat, mihi ſatis probabile eſt, προτόνου imagine collum, quo tanquam rudente caput reliquo corpori jungitur, indicari. πόλιος qui ipſa Timarion vetula eſt; epitheto a toto ad partem translato; niſi malis:

δόλεχος

δόλιχος δ' ἐκλέλυται πρότονος.

V. 7. κοίλη δὲ θάλασσα πλημμύρει. Ipſam muliebrem naturam maris voragini comparare videtur Quod ſi ita eſt, in Allegoriae leges peccavit *Meleager*, metaphoris modo a navi, modo a mari petitis. Fortaſſe tamen ſcripſit:

Κοίλη δὲ θαλάσσα
πλημμύρει.

κοίλη eſt *navis alvus*, quam longa navigatione ruptam, ſentinae plenam eſſe ait. *Theocrit.* Eid. XXII. 11. ἄητοι μέγα κῦμα - εἰς κοίλαν ἔρριψαν. *I. Pollux.* L. I. 113. τὸ κῦμα εἰς κοίλην τὴν ναῦν εἰσέπεσε. — V. 9. εἰκοσόρῳ. v. *Euſtath.* in Od. p. 358. 11. *Simonides* Epigr. LXIV.

Εὔφρω καὶ Θαῒς καὶ Βοΐδιον, αἱ Διομήδους
γραῖαι, ναυκλήρων ὁλκάδες εἰκόσοροι,
Ἄπιν καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ανταγόρην, ἓν ἑκάστη,
γυμνοὺς, ναυηγῶν ἥσσονας, ἐξέβαλον·
ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ ληστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
Φεύγετε· Σειρήνων αἵδε γὰρ ἐχθρότεραι·

Epigr. XCII. 4. Πειθοῦς ἡδὺ τέθηλε ῥόδον. *Aſclepiades* Epigr. VIII. Miſcuit Amor duos ſuaviſſimos Κλεάνδρον Εὐβιότῳ.

πειθοῦς ἄνθεα καὶ Φιλίης.

Rhianus Epigr. III. puer inter omnes reliquos longe pulcherrimus ὅσσον ἐν ἄλλοις Ἄνθεσιν εἰαρινοῖς καλὸν ἔλαμψε ῥόδον. Roſam, Charitum Suadelaeque florem, caprarius inter alia dona Dies affert in *Lycophronidis* fragmento ap. *Athenaeum* L. XV. p. 670. E. Λυκοφρονίδης τὸν ἐρῶντα ἐκεῖνον αἰπόλον ἐποίησε λέγοντα· τόδε ἀνατίθημί σοι ῥόδον ΚΑΛΟΝ ΝΟΗΜΑ καὶ πέδιλα καὶ κυνέην καὶ τὴν θηροφόνον λογχίδα ἐπεὶ μοι νόος ἀλλῇ κέχυται ἐπὶ τὰν χάρισι Φίλαν παῖδα καὶ καλάν. *Caſaubonus* pro καλὸν νόημα conjicit: καλὸν ἄνθημα. ſ. τόδ' ἐμά τε πέδιλα. Mihi olim

in

in mentem venit: ῥόδον ΧΑΡΙΤΩΝ ΜΕΛΗΜΑ· ut *Anacreon* Od. V. ῥόδον ἔαρος μέλημα. Od. LIII. χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις — τόδε καὶ μέλημα μύθοις. et XXXVIII. Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος χάριτες ῥόδα βρύουσιν. — Fortaſſe tamen verius, quod et a vulgatae ſcripturae ductibus proxime abeſt, et reliquis donis optime convenit: ῥόδον, ΚΑΛΟΝ ῞ΕΙΜΑ καὶ πέδιλα. *Lucian*. D. Meretr. T. II. p. 256. Ὃς ὄβολον μὲν ὀυδεπώποτέ σοι δέδωκεν, ὀυκ ἐσθῆτα, ὀυχ ὑποδήματα, ὀυ μῦρον.

Epigr. CII. 2. ἔιτις ὑπὸ χλαίνῃ θάλπεται. *Aſclepiades* Epigr, XX. Ἥδιστον δ' ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας χλαῖνα. ad ultimum Diſtichon confer eundem *Aſclepiad*. Epigr. XXV. λύχνε, σὺ δ', ἐι θεὸς εἶ, τὴν δολίην ἐπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε, ne ſcilicet perfectum Veneris fructum habeat. *Apulejus* Metam. L. II. p. 116. *Hac enim ſitarchia navigium Veneris indiget ſola, ut in nocte pervigili, et lucerna et vino calix abundet.*

Epigr. CXVI. cf. *Leonid. Tarent.* Epigr. XLVII. *Antipater Sidon.* XXIX. *Anthol. Lat.* II Ep. CCXXXI.

Grandia qui exiguis deducit facta figuris
Ad Veneres abeat nos tuba ſaeva juvat.
Sanguine quae rubeant Gradivum carmina placent.

Epigr. CXXI. Prima obſcuri hujus atque corruptiſſimi Carminis diſticha, ſic tentavimus:

Ὤνθρωφ', Ἡράκλειτος ἐγὼ, σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φημὶ τάδ'· ἘΥΛΑΛΙΑΝ κρείσσονα καὶ σοφίης.
ΜΑΨ γὰρ ἐγὼ ΠΟΝΕΩΝ Ἀσίᾳ, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
Ὑλάκτευν· λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις.

V. 2.

V. 2. εὐλαλίαν emendavimus pro ἐς πάτραν. Cod. Lipſ. et Gieſſ. εὐπάτραν. *Ego Heraclitus haec dico: artem bene dicendi majoris jam fieri quam ſapientiam. Quid enim profeci, cum inimicos Aſiae verbis lacerare conarer, quamvis nihil patriae utilius fieri potuiſſet?* μάψ γὰρ ἐγὼ πονέων. vulgo: λὰξ γὰρ ἐγὼ κοτέων. Codd. autem praebent lectionem: λὰξ γὰρ ἐγὼ καὶ τὸ κέων. In eundem Heraclitum duo Epigrammata legimus inter ἀδέσποτα DXVI. et DXVII.

Epigr. CXXII. 6. ἤλυθον Ἄιδαν Αὐτοθελεὶ κείνων γευσάμενος κυλίκων. Fortaſſe ſcribendum:

Αὐτοθελεὶ δεινῶν γευσάμενος κυλίκων.

ſive: πικρῶν. *poto veneno ultro obii. Virgilius* in Catal. XIV.

> Quis Deus, Octavi, te nobis abſtulit? an, quae
> Dicunt, an, nimio pocula DIRA mero?
> Mortis ſi culpa eſt bilis: ſua quemque ſequuntur
> Fata; quod immeriti crimen habent cyathi?

ut hunc locum emendavimus, probante ſummo ſoſpitatore Virgilii.

Epigr. CXXIV. Μάστων χάριτας. In *Euripid.* Phoeniſſ. 1443 Iocaſta filios interfectos conſpicata ἐθρήνει τὸν πολὺν μαστῶν πόνον. — V. 3. πέτρος ἀνέστενεν. Epigr. Incert. DCLVI.

> Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο, Κάσσανδρε,
> Τίς πέτρος ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης.

et fortaſſe in Epigr. Incert. DCCXLVII. ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς εδάκρυσε λεώς. Malim:

> — πᾶς ἐδάκρυσε πέτρος.

Epigr. CXXV. *Meleager Erinnam* ante oculos habuiſſe videtur. Epigr. III. Epigr. Incert. DCCX. *Apulejus* Metam. IV. 86. *Cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu,*

ululatu, et puella nuptura deterget lacrymas ipſo ſuo ſlammeo.

Pergamus ad alia. *Anyte* Epigr. XII. Vol. I. p. 199. in Delphinum fluctibus in litus ejectum:

ἀλλά με πορφυρέα πόντου νότις ὦσ' ἐπὶ χερσὸν
κεῖμαι δὲ ΡΑΔ ΝΑΝ τάνδε παρ' ἠϊόνα

Brunkius T. III. 148. emendat: Κεῖμαι δὲ κροκαλὰν τάνδε παρ' ἠϊόνα. Mihi in mentem venit:

κεῖμαι δὲ ΡΑΝΤΑΝ τάνδε παρ' ἠϊόνα.

Xenophon in Libro de Republica Spartanorum p. 535. 30. ed. Leuncl. Laconum morem eximiis laudibus extollit, liberos, nullo diſcrimine aut ſexus aut loci, quo quisque natus erat, habito, ad omnes labores moleſtiasque perferendas inſtituendi. Omnibus igitur, quae ad luxum aut mollitiem ducere poterant, remotis, pueris ne calceis quidem uti licuit: Ἀντί γε μὴν τοῦ ἁπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξεν ἀνυποδησίᾳ κρατύνειν· νομίζων εἰ τοῦτ' ἀσκήσειαν πολὺ μὲν ῥᾷον ἂν ὄρθια τε βαίνειν, ἀσφαλέστερόν τε πρανῆ καταβαίνειν καὶ πηδῆσαι καὶ ἀνθορεῖν καὶ δραμεῖν θᾶττον ἀνυπόδετον, εἰ ἩCΚΗΚΩC εἴη τοὺς πόδας ἢ ὑποδεδεμένον. Nemo, quod ſciam, de hujus lectionis ſinceritate, dubitationem injecit. Manifeſta tamen eſt tautologia in verbis: εἰ τοῦτ' ἀσκήσειαν et εἰ ἠσκηκὼς εἴη τοὺς πόδας. Fortaſſe *Xenophon* ſcripſerat: Ἑι ἘCΚΛΗΚΩC εἴη τοὺς πόδας. Vocem ἐσκληκὼς et ἐσκληκότα habent *Etymol. M. Suidas. Heſychius.* Vſitatius eſt compoſitum κατεσκληκώς. *Alciphron.* Epiſt. III. 19. Ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα. *Heliodor.* V. p. 246. Πρεσβύτης ἐφαίνετο τὰ μὲν ἄλλα κατεσκληκώς. V. *Pierſon.* in *Moer.* p. 49. 50. Vtuntur hoc verbo de iis praecipue rebus, quae prae nimia ſiccitate, ad omnem ſenſum occaluerunt. Ὀφθαλμοὺς ἐσκληκότας habemus in Epigr. *Glauci.* V. T. II. p. 348. qui ap. *Aeſchyl.* VII. c. Theb.

Theb. 702. ὄμματα ξηρὰ ἄκλαυστα vocantur. Vide *Lennep.* ad *Phalarin.* p. 71. 2. Ceterum *Glauci* Epigramma in ipſo capite leviter corruptum eſſe videtur:

ΚΑΙ ΤΟΝ ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω,
τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος.
ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ
δάκρυ καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος,
ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι
ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει.

Scribendum puto:

ΑΥΤΟΝ ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω.

Epigr. ἀδεσπ. DXIV. Αὐτὸν Πυθαγόρην ὁ ζωγράφος. CCLIV. αὐτὴν μητρυίην τεχνήσατο. CCCIX. αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο. CCCLIII. αὐτὸν ὁρᾷν Ἰόβακχον ἐδόξαμεν.

Pindarus Nem. III. 106. Achillem à Chirone altum et educatum narrat:

Ὄφρα θαλασσίαις ἀ-
νέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς
ὑπὸ Τροίαν δορί-
κτυπον ἀλαλὰν Λυκίων
τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν
Δαρδάνων τε, καὶ
ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι ΧΕΙΡΑΣ, ἐν φρασὶ πά-
ξαιθ' — —

Hunc locum jam antiquitus corruptum fuiſſe Scholion indicat, cujus auctorem ἐπιπήξαις pro ἐπιμίξαις legiſſe ſuſpicatur Ill. *Heynius*. Hoc quidem certum eſt, temere ejus animum in interpretatione fluctuaſſe. Diſtinctione poſt χεῖρας poſita, quod *Schmidius* eumque ſecuti Oxonienſes fecerunt, quid verbis ἐν φρασὶ πάξαιτο fiat, equidem non perſpicio. Minime enim admittenda videtur explicatio

plicatio latini interpretis: *Vtque in animum ſuum induceret ne rex eorum redire poſſet*; in qua tamen Scholiaſtem praeeuntem habuit: ἢ ἐπὶ τῶν αὐτοῦ φρενῶν τοῦ Ἀχιλλέως δεκτέον τὸν λόγον. *Heynius* Vir Ill. diſtinctionem poſt χεῖρας ſuſtulit, eo, ſi quid video, ſenſu, ut *manus* poeta *pectori infigere* dixerit, pro *tela infigere*, quod manibus fit. At hoc quoque durum eſſe ipſe forſitan *Pindari* ſoſpitator haud infitias ibit. Equidem Lyricum ſcripſiſſe ſuſpicor:

— καὶ ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι ΚΗΡΑϹ ἐν φρασὶ πά-
ξαιθ'.

h. *mortem illis immiteret*; quod cum telorum ope fiat, quae pectori infiguntur, πάξαιτο dixit pro ἐπεισφέρειν. Κῆρες mortis autores ſunt, et ipſa adeo mors apud *Homerum* paſſim; apud ſeriores cujuſcunque calamitatis peſtisque cauſae habentur. V. *Valken.* ad Hipp. p. 283.

Sophocles in Iphigenia. ap. *Athen.* L. XII. p. 513.

Νόει πρὸς ἀνδρὶ σῶμα πουλύπου ὅπως
πέτρᾳ τρέπεσθαι γνησίου φρονήματος.

Difficile eſt et periculi plenum opus ea tentare, quae a primariis viris tanquam deſperata relicta ſunt; ſed in hujusmodi rebus vel voluiſſe ſat eſt. Forſitan Tragicus ſcripſit:

Νόει πρὸς ἀνδρὶ, σῶμα πουλύποδος ὅπως
πέτρᾳ, τράπεσθαι γνησίον φρόνημ' ἀεί.

Mentem tuam ſecundum viri quocum verſaris indolem mutare memineris, quemadmodum polypi corpus rupe, cui adhaeret, mutatur. Cui ſententiae reſpondent poetae verba, paulo ante ab *Athenaeo* allata: Ὦ τέκνον ποντίου θηρὸς πετραίου χρωτὶ μάλιστα νόον προσφέρων πάσαις πολέεσσιν ὁμίλει *Eupolis* ap. Eundem L. VII. p. 316. C.

Ἀνὴρ πολίτης πουλύπους εἰς τοὺς τρόπους.

Theognis:

X

Πουλύ-

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου ὅς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσῃ τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Lucian. D. M. T. I. p. 299. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας — ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτόν. *Plutarch.* de Diſcr. Adul. et Amici. T. II. p. 52. Τὰς δὲ τοῦ κόλακος, ὥσπερ πολύποδος τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις. Et paulo ante p. 51. ed. *Reisk.* Vol. VI. p. 188. Ἔστι μὲν οὖν διὰ ταῦτα δυσφώρατος ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τῶν θηρίων ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι, συναφομοιοῦνται τοῖς ὑποκειμένοις CXHMACI καὶ χωρίοις. Quo in loco edit. Aldina et Baſil. ὑλήμασι καὶ χωρίοις legit, quod, ni fallor, ad veriorem ſcripturam ducit. Equidem enim *Plutarchum* ſcripſiſſe ſuſpicor: συναφομοιοῦνται τοῖς ὑποκειμένοις CΠΙΛΩΜΑCΙ καὶ χωρίοις. σπίλωμα idem eſt ac σπῖλας.

Plutarchus T. II. p. 96. T. VI. p. 365. Reisk. Vt familiariter aliquo uti poſſis, *Plutarchus* ait, opus eſt, ut tua natura illius indoli reſpondeat. Τίς οὖν ἐστιν οὕτως ἘΠΙΠΟΝΟΣ καὶ μετάβολος καὶ παντοδαπὸς ἄνθρωπος, ὥστε πολλοῖς ἑαυτὸν ἐξομοιοῦν καὶ προσαρμόττειν. *Reiskius* pro ἐπίπονος legendum cenſet: ἐπίκοινος, quod fortaſſe verum, niſi doctior aliqua lectio latet. Mihi in mentem venit: τίς οὖν ἐστιν οὕτως ἘΠΙΠΟΛΑΙΟC καὶ μετάβολος. Quae vox de iis rebus uſurpatur, quae in ſuperficie natant. Eſt igitur ἐπιπόλαιος φύσις *animus levis et mutabilis.* Ἐπιπολῆς· τὸ ἐπάνω ἐπιπλέον· ἄῤῥιζον. *Suidas* T. I. p. 825. Neſcio quis ap. eundem V. ἐπιπόλαιος· ἐπιεικὴς μὲν ἦν καὶ τἄλλα ἱερὸς καὶ ἁπλούστερος τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος· ἀντὶ τοῦ· οὐ βαθὺς τὸν τρόπον.

Idem De Fortuna Romanorum. T. VII. p. 271. ed. Reisk. de Romulo et Remo: ἔπειτα γεννηθέντας αὐτοὺς τοῦ

Τυράννου

Τυράννου ʼΑΙΤΟΥΝΤΟϹ ἀνελεῖν, παρέλαβε κατὰ τύχην ὁ βάρβαρος οὐδʼ ἄγριος ὑπηρέτης, ἐλεήμων δὲ τὶς καὶ φιλάνθρωπος ὥστε μὴ κτεῖναι. Optime *Reiſkius* pro αἰτοῦντος legit ζητοῦντος. Fieri tamen poteſt ut *Plutarchus* ſcripſerit: ἔπειτα γεννηθέντας αὐτοὺς τοῦ Τυράννου ΔΙΔΟΝΤΟϹ ἀνελεῖν.

Idem de Amicorum Multitudine. T. II. p. 93. Frcf. T. VI. p. 347. Reisk. Ἄιτιον δὲ μετὰ πολλῶν ἄλλων οὐχ ἥκιστά γʼ εἰς φιλίας ΚΤΗϹΙΝ ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις· ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν ΤΩι πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι, ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ κρατεῖν μὴ δυναμένοις ἀμελουμένων καὶ ἀποῤῥεόντων. Locus admodum impeditus et in quo emendando *Reiſkius* vix ſatis feliciter verſatus eſſe videtur. Primum menti autoris prorſus contrarium eſt quod vulgo legitur: εἰς φιλίας κτῆσιν, nihil ad amicos comparandos efficacius eſſe, quam ſi quis multas amicitias contrahere ſtudeat; ſiquidem tota haec diſputatio ad contrariam ſententiam probandam inſtituta eſt. Mihi totus hic locus ita conſtituendus eſſe videtur: αἴτιον δὲ μετὰ πολλῶν ἄλλων οὐκ ἥκιστά γε εἰς φιλίας ʼΑΚΤΗϹΙΑΝ ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις· ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν ΤΟ πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι, ΤΩΝ ʼΕΡΩΝΤΩΝ, κρατεῖν μὴ δυναμένων, ἀμελούντων ʼΑΥΤΗΝ καὶ ἀποῤῥεόντων. *Studium multos amicos comparandi ſi quid aliud, efficit, ut in ſumma amicorum inopia verſemur; uti immodeſtae mulieres, nimio omnibus placendi ſtudio, tandem ut ab omnibus relinquantur efficiunt, amatoribus, qui ea potiri nequeunt, mox eam negligentibus atque relinquentibus.* Oppoſita ſibi ſunt invicem ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις et τὸ πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι, τῶν ἀκολάστων γυναικῶν; ubi ex antecedentibus ſubint: εἰς φιλίας ἀκτησίαν αἴτιον.

Idem in libro de ſuperſtitione (T. II. p. 167. Frcf. T. VI. p. 641. Reisk.) de ſuperſtitioſo homine loquitur, qui, quaecunque ei mala eveniant, ea Deorum ira e tribuenda putat. Ὄυτε γὰρ ἄνθρωπον (ſic l. cum Baſil. pro ἀνθρώπων) ὄυτε τύχην ὄυτε καιρὸν, ὀυθ' ἀυτὸν, ἀλλὰ πάντων τῶν θεῶν αἰτιᾶται, κἀκεῖθεν ἐπ' ἀυτὸν ἥκειν καὶ φέρεσθαι ῥεῦμα δαιμόνιον ἄτης φησὶ, καὶ ὡς ὀυ δυστυχὴς ὢν ἀλλὰ θεομισής τις ἄνθρωπος ὑπὸ τῶν θεῶν κολάζεσθαι καὶ δίκην διδόναι καὶ πάντα πάσχειν προσηκόντως δι' ἀυτὸν. TON NOYN. Noviſſima verba corrupta eſſe librarius ſenſiſſe videtur, qui ea omiſit in Mſco. Xylandri. *Reiskius* ſive δι' ἀυτὸν τὸ μῖσος ſive δι' ἀυτῶν τὸ μισοῦν legendum eſſe cenſet. At ſic tautologia exiſtit haud ferenda. Paulo leviori medicina adhibita hunc locum ſic perſanari poſſe ſuſpicor: καὶ πάντα πάσχειν προσηκόντως δι' ἀυτῶν ΠΟΝΟΝ. *Et quoscunque labores ſuſtinet, eos ſibi Deorum ira impoſitos eſſe cenſet.*

Idem de Virtutibus Mulier. T. II. p. 243. V. Vt mulieribus, *Plutarchus* ait, eandem virtutem eſſe quam Viris probes, earum res geſtas cum ſimilibus virorum rebus geſtis componas oportet: σκοποῦντες εἰ τὸν ἀυτὸν ἔχει χαρακτῆρα καὶ τύπον ἡ Σεμίραμις μεγαλοπραγμοσύνη τῇ Σεσώστριος τοῦ βασιλέως ἢ τὸ Πορκίας φρόνημα τοῦ Βρούτου, καὶ τοῦ Πελοπίδου τοῦ Τιμωκλείας κατὰ τὴν κυριωτάτην KAINOTHTA καὶ δύναμιν. Vertit latinus Interpres: *Si ad iſtarum virtutem praecipuam reſpiciatur.* Vocem ſuſpectam καινότητα prudenter omittens. Legendum ni fallor: κατὰ τὴν κυριωτάτην ΔΕΙΝΟΤΗΤΑ καὶ δύναμιν. Δεινὸς enim dicitur is, qui in aliqua re excellit. V. *Toup.* Curae Nov. p. 169. Lipſ. Ad *Longin.* Sect. XXIX. p. 353.

Homeri Hymnus in Apoll. v. 51—55.
Δῆλ' εἰ γάρ κ' ἐθέλεις ἕδος ἔμμεναι ὑιὸς ἐμοῖο
Φοίβου

Φοίβου Ἀπόλλωνος, θέσθαι δ᾽ ἐνὶ πίονα νηὸν
Ἄλλος δ᾽ οὔτις σεῖο πόθ᾽ ἅψεται οὐδὲ C᾽ ἘΛΙCCΕΙ
Οὐδ᾽ εὔβων σε ἔσεσθαι οἴομαι, οὐδ᾽ εὔμηλον
Οὐδὲ τρύγην οἴσεις, οὔτ᾽ ἄρ᾽ φυτὰ μυρία φύσεις.

Neque cum *Erneſtio* εἴ γ᾽ οὐκ neque cum *Rhunkenio* σ᾽ ἀτίσει legam. Contemtus enim notio, ut recte animadvertit *Erneſtius*, ab hoc loco aliena eſſe videtur. Fortaſſe totus hic locus ſic ſcribendus eſt:

Δῆλ᾽ εἰ γάρ κ᾽ ἐθέλοις ἕδος ἔμμεναι υἱὸς ἐμοῖο
Φοίβου Ἀπόλλωνος, θέσθαι δ᾽ ἐνὶ πίονα νηόν.
Ἄλλος δ᾽ οὔτις σεῖο πόθ᾽ ἅψεται οὐδὲ C᾽ ΟΝΗCΕΙ

Dele, utinam filii mei ſedes fieri velis eique patiaris opulentum exſtrui fanum! Neque eſt ut hoc recuſes. Nemo enim facile tibi ſupplices tendet manus, neque te alio modo juvare atque honorare volet. Haec optime, ni fallor, ei terrae conveniunt, quae propter aridum et ſaxoſum ſolum, in nullo numero habebatur. De Εἰ γὰρ *utinam*. V. *Valkenar.* in *Eurip.* Phoen. 761.

Ibid. v. 140 — 143.

Αὐτὸς δ᾽ ἀργυρότοξε, ἄναξ ἑκατήβολ᾽ Ἄπολλον
ἄλλοτε μέν τ᾽ ἐπὶ Κύνθου ἐβήσαο παιπαλόεντος
ἄλλοτε δ᾽ αὖ νήσους τε καὶ ἈΝΕΡΑC ἠλασκάζες.

Haec pro ſinceris haberi nequeunt. Quae enim, quaeſo, antitheſis: *Nonnunquam accedis Cynthum, nonnunquam inſulas viroſque frequentas.* Videſis an corrigendum ſit:

ἄλλοτε δ᾽ αὖ νήσους τε καὶ ἈΝ ΡΙΑ ἠλάσκαζες.

inſulas et promontoria. Vſum τοῦ ἂν pro ἀνὰ attigit *Gregor. Corinth.* de Dial. Dor. §. LXIV. Eandem lectionem *Theocr.* reſtituendam judicavit *Mitſcherlich* V. Cl. Eid. XIII. 66.

ἀλώμενος ὅσσ᾽ ἐμόγησεν
Ἂν ῥία καὶ δρυμώς.

in Animadverſſ. ad Hymn. in Cerer. p. 109.

Hymnus in Mercurium. V. 282.

Ὦ πέπον ἠπεροπευτὰ δολοφραδὲς, ἦ σε μάλ' οἴω
πολλάκις ἀντιτοροῦντα δόμους εὖ ναιετάοντας,
ἔννυχον οὐχ ἕνα μοῦνον ἐπ' οὐδεῖ φῶτα καθίσσαι

Locutionem *μοῦνον καθίσσαι Erneſtius* explicat *hominem exſpoliare ſive nudare bonis*. Sed quis Graecorum unquam ita locutus eſt? Verbum *μοῦνον* in mendo cubare et corrigendum videtur

ἔννυχον οὐχ ἕνα γυμνὸν ἐπ' οὐδεῖ φῶτα καθίσσαι.

Theocrit. Eid. I. 49.

— ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ
πάντα δόλον τεύχοισα, τὸ παίδιον οὐ πρὶν ἀνάσειν
φατὶ, πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξαι.

Eid. V. 13.

— καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.

Seneca in Hercul. Fur. 704.

— *cuncta moerore horrida*
Ipſaque morte pejor eſt mortis locus.

Orci deſcriptio, ubi, qua ratione locus moerore horridus dici poſſit, equidem haud perſpicio. Fortaſſe

cuncta paedore horrida

Lucret. VI. 1266. *Languida ſemanimo tum corpore membra videres Horrida paedore.* Poeta neſcio quis ap. *Ciceron.* Tuſc. Quaeſt. III. 12.

Situ nidoris barba paedore horrida.

Ib. v. 192. *Alium multis gloria terris*
Tradat et omnes fama per urbes
garrula laudet, coeloque parem
Tollat et aſtris.

Ne eadem res bis dicatur corrigam:

Alium multis gloria ſeclis
tradat.

Anthologia Latina L. II. Epigr. CXL. in Ciceronem:

Vnicus

Vnicus orator, lumenque decusque ſenatus,
Servator patriae, conditor eloquii:
cujus ab ingenio tandem illuſtrata perenni
Lumine praeclaro lingua latina viget.

Locus varie tentatus. Doctorum Virorum conjecturis noſtram quoque qualemcunque ſuſpicionem addamus:

Cujus ab ingenio laude illuſtrata perenni
Lumine praeclaro lingua latina nitet.

Epigr. CLXIV. In eundem:

Sed vitae brevitas penſatur laude perenni.

Ib. L. III. Carm. CXII.

Nunc mihi narretur tumidis Arethuſa capillis
Nunc adſtricta comas nunc reſoluta comas.

Merito dubitat *Burmannus* de ſinceritate lectionis: *tumidis capillis*. Ipſe *rutilis* tentavit. Mihi *capillorum* mentio a librario facta eſſe videtur, propter ea, quae ſequuntur. Corrigendum ſuſpicor:

Nunc mihi narretur tumidis Arethuſa papillis.

Nonius Marc. v. Strophium. *Strophium eſt faſcia brevis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum. Ariſtaenetus* L. I. Ep. I. Ὡς κυδωνιῶντες οἱ μάστοι τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως.

TANTVM.

INDEX

INDEX AVCTORVM

QVI IN HOC LIBRO EMENDANTVR.

Addaei Epigr. 191. 205.
Aeschylvs 38. 65. 149. 187. *bis*. 558.
Alexis Athenaei. 192.
Anthologia Graeca. 166. 217. 312. 318.
Anthologia Latina. 326. 327.
Antipater Stobaei 270. 271.
Antiphili Epigr. 112.
Antoninvs Liberalis. 50.
Anyte Epigr. 319.
Apollodorvs. 37. *bis*.
Archilochvs. 193.
Archytas Stobaei 23. 79. 219. 222. 233. *bis*. 253. 254. 258.
Aristonis Epigr. 133.
Aristonymvs Stobaei. 228.
Aristoteles Stobaei. 286.
Asconivs. 198.
Asivs Athenaei. 121.
Athenaevs. 273.

Callimachvs. 282.
Chilon Stobaei. 225.
Clinias Stobaei. 220. 221.
Colvthvs. 132. 137. 175.

Democritvs Stobaei. 215. 216. 218. 238. 239. 244. 257. 277. *bis*.
Demonicvs Stobaei. 234.
Dio Chrysostomvs. 26. 39.
Diodorvs Zonas. 292. ſq.
Diogenes Stobaei. 232.
Dionysivs Halicarnassensis. 242.
Diotogenes Stobaei. 24. 233. 252. ſq. 259. *bis*. 260.
Divs Stobaei. 268.

Ecphantes Stobaei. 260. 261. 262.
Epinicvs Athenaei 114.
Evdocia. 274.
Evphorion Stobaei. 176.
Evpolis. 227.

Evri-

Index Avctorvm.

Evripides.
Hecuba. (v. 435. 455.) 5. 6. (794.) 6. (911.) 7. 8. (1028.) 8. (1270.) 9.
Oreſtes. (v. 343.) 11. (1020) 12. (807) 14. (1255) 31.
Phoeniſſae. (v. 856) 16. 17. (1122) 17. (131) 18. (1263) 19. (1313) 19. (1337) 20.
Medea. (v. 10) 21. (130) 22. 23. (849) 25.
Hippolytus. (v. 115) 26. (136) 27. 28.
Alceſte. (v. 227) 32. (106) 32. (355. 356) 34. (843) 34. (1140) 36. (1129) 37. (492) 39.
Andromache. (27) 41. (192) 42. (298) 43. (440) 44. (33) 46. (855) 48. (991) 49. (1037) 50.
Supplices. (79) 46. (62) 52. (63) 52. 53. (204) 53. (221) 55. (230) 56. (367) 57. (421) 57. (603) 58. (659) 59. (752) 60. (761) 60. (788) 61. (792) 61. (834) 62. (840) 62. (886) 63. (915) 63. (990) 64. (1114) 65.
Iphigenia in A. (78) 65. (84) 66. (556) 169. (667) 66. (727) 67. (730) 68. (775) 69. (792) 70. (950) 71. (971) 72. (1139) 73. (1190) 74. (1480) 74. (1514) 75. (1556) 75. (1560) 76. (1567) 77.
Iphigenia in T. (136 ſqq.) 78. (186) 79. (193) 80. 81. (195) 81. (241) 82. (585 ſqq.) 83. (983) 84. (1040) 84. (1155) 85. (1203) 85. (1206) 86. (1234) 87. (1242) 88. (1246) 89. (1259) 89. (1265) 90. (1271) 90. 91.
Troades. (82) 92. (119) 93. (275) 94. (383) 95. (578) 96. (595) 96. 97. (722) 97. (1050) 99. (1099) 99. 100. (1104) 101. (1240) 101. (1243) 102.
Bacchae. (72) 106. (91) 106. (305) 107. (328) 107. (455) 108. (479) 109. (699) 113. (312) 115. (859) 116. (871) 116. (1142) 118. (1190) 119.
Cyclops. (15) 120 (30) 120. (90) 121. (169) 122. (312) 123. (325) 123.
Heraclides. (65) 125. (164) 126. (321) 127. (765) 127. (932) 127. (785) 128. (793) 129.
Helena. (53) 138. (119) 140 (144) 140. (166) 143. (184) 146. (225) 148. (232) 148. (246) 148. (284. 286) 151. (293) 151. (317) 152. (345) 153. (350) 153. (367) 154. (375) 156. (384) 157. (448) 160. (584) 162. (658) 162. (674) 162. (682) 163. (705) 164. (794) 164. (1039) 166. (1056) 168. (1095) 168. (1129) 169. (1459) 170.
Ion. (33) 171. (88) 171. (98) 172. (147) 172. (140) 173. (265) 174. (410) 179. (354) 174. (514) 174. (622) 175. (762) 176. (771) 177. (930) 177. (1232) 178. (1298) 178. (1337) 179.
Hercules Furens. (299) 180. (481) 181. (694) 182. (1097) 183. (1098) 183. (1111) 183. (1407) 184. (1410 ſqq.) 184.
Electra. (442) 189. (475) 191. (495) 192. (656) 193. (678) 196. (712) 197. (615) 197. (641) 199. (651) 199. (1052) 200. (1343) 200.
Fragmenta. 21. 44. 128. 130. 202. *bis.* 203. 204. *bis.* 207. *ter* 208. 265. 276.

Evry-

EVRYPHAMVS Stob. 295.
EVSEBIVS Stob. 230. 234. 235. 236, *bis*. 246. 256. *ter*. 263. 297. 303. ſqq.
EVSTATHIVS. 4.

GLAVCI Epigr. 320.

HEGEMON. Athenaei. III. ſq. *ter*.
HERMESIANAX. 43. 48.
HIEROCLES Stob. 270. 279. 280.
HIPPARCHVS Stob. 298. *bis*. 299.
HOMERI HYMNI. 175. 324. 325. 326.
HYGINVS. 203. 289.
HYPERIDES Stob. 39.
HIPPODAMVS. 250. 251. *bis*.

ION TRAGICVS. 58. 141.
IOSIPPVS Stob. 238.
IVLIANVS AEGYPT. Epigr. 167.
IVNCVS Stob. 300 *bis*. 301.

LEONIDAS TARENTINVS Epigr. 304.
LIVIVS. 198.
LVCIANVS 3. 45. 99. 227. 240. 281. 293. 309.
LYCOPHRONIDES Athenaei. 316.
LYCVRGVS 126.

MARCVS ARGENTARIVS Epigr. 272.
MAXIMVS TYRIVS. 125.
MELANCOMIVS. 269.
MELEAGER Epigr. 309. 310. 311. 313. 314. 316. 317. 318.
MERCVRIVS Stobaei. 221. 237. *ter*.
METRODORVS Stob. 238.
MNASALCAS Epigr. 47. *bis*.
MVSONIVS Stob. 224. 230. ſq. 240. 242. ſq. 249. 283.

NICOLAVS Stob. 10.
NICOSTRATVS Stob. 49. 150. 274. 275. *ter*.

ORPHEVS 185.

PAVSANIAS. 45.
PEMPELVS Stob. 297.
PERICTYONE. 219. 220. 278. *ter*. 284. *bis*. 285.
PHAVORINVS Stob. 15. 263. 267. 270. 300.
PHILEMON Stob. 227.
PHILOSTRATVS. 310.
PINDARVS. 8. 100. 188. 228. 288. 290. 320. 321.
Fragmenta. 135. 188. 194. 222.
PLATO COMICVS Athen. 186.
PLVTARCHVS. 39. 70. 231. 240. 251. 291. 301. 310. 322. *bis*. 323. *bis*. 324. *bis*.
POLVS Stob. 233.
PROPERTIVS. 173. 280. 312.

RVFI-

RVFINVS Epigr. 29. 30.

SENECA. 326. *bis.*
SOPATER Stob. 257. 258.
SOPHOCLES. 59.
SOPHOCLIS Fragm. 110. 161. 272. 321.
STOBAEVS. 29. 224. 225. 230. 246. 250. *bis.* 265. 269. 291.
Antipater. 270. 271.
Archytas. 23. 79. 219. 222. 223. *bis,* 253. 254. 258.
Ariſtonymus. 228.
Ariſtoteles 286.
Ariſtoxenus. 277. 295. *bis.*
Callimachus. 282.
Chilon. 225.
Clinias 220. 221.
Democritus. 215. 216. 218. 238. 239. 244. 257. 277. *bis.*
Demonicus. 234.
Diogenes. 232.
Diotogenes. 24. 233. 252. 253. 259. *bis.* 260.
Dius. 268.
Ecphantes. 260. 261. 262.
Euphorion. 176.
Eupolis. 227.
Euripides. 21. 44. 265. 276.
Euſebius. 230. 234. (hanc conjecturam occupat Valken. ad Herodot. p. 623.) 235. 236. *bis.* 238. 244. *bis.* 246. 256. *ter.* 263. 297. (eadem fere ratione hunc locum tentavit Valken. ad Herodot. p. 574. 97) 303. ſqq.
Euryphamus. 295.
Hierocles. 270. 279. 280. 281. 286.
Hipparchus. 298. *bis.* 299.
Hippodamus. 250. 251. *bis.*
Hyperides. 39. (hanc conjecturam praecepit Valken. ad Herod. p. 332. n.)
Ioſippus. 238.
Iuncus. 300. *bis.* 301.
Melancomius. 269.
Mercurius. 221. 237. *ter.*
Metrodorus. 238.
Muſonius. 224. 230. ſq. 240. *bis* 242. 243. 249. 283 286.
Nicolaus 10.
Nicoſtratus. 49. 150. 274. *bis.* 275. *ter.*
Pempelus. 297.
Perictyone. 219. 220. 278. *ter.* 284. *bis.* 285.
Phavorinus. 15. 263. 267. 270. 300.
Philemon. 227.
Polus. 233.
Sopater. 257. 258.
Soſtratus. 267.
Sthenides. 226.

Index Avctorvm.

Teles. 54. 248. 249. 287. *bis.* 288. 290. 291. 292. 294.
Theobulus. 297.
Zaleucus. 255. *bis.*
Sthenides Stob. 226.
Svidas. 25. 89. 138. 274.
Svlpicivs Victor. 33.
Teles Stob. 54. 248. 249. 287. *bis.* 288. 289. 290. 291. 292. 294.
Telestes Athen. 29. 30.
Theobvlvs Stob. 297.
Tibvllvs. 13. 35.
Tzetza 24.
Xenophon. 245. 319.
Zalevcvs Stob. 255. *bis.*

ERRORES.

p. 9. 21. *Lucianus.*
p. 13. 26. *καὶ μοίρας.*
p. 16. 2. *in Scenam.*
p. 33. 6. dele *cum.*
p. 35. 8. *quo ſe defendat.*
p. 43. 21. *quod longius a.*
p. 45. 10. *facinora quae.*
p. 46. 6. *Euripidem.*
p. 50. 3. *occupauerant.*
Ib. 16. *Antoninum.*
p. 71. 6 *μὴ 'υπλοκάμους.*
Ib. 8. comma poſt *ὀυλομένας* ponendum.
p. 115. 14. 'ΗΔΕΩC.
p. 146. lin. penult. *reſtitui poſſe dubitem.*
p. 184. lin. penult. *amplexurus.*
p. 192. 3. *Electrae.*
p. 193. 9. *verbi λαρός.*
p. 203. 2. Κρηθεύς.
p. 205. 12. *vbi haud intelligo.*
Ib. 16. *ore pulcherrimo.*
p. 243. 7. *multa, quorum eos ſtatim.*
p. 268. 1. dele τ'.
p. 308. 18. Verba *et gubernator* dele
p. 316. 27. *Diis.*

NICOLAO SCHOW

VIRO ERVDITISSIMO

S. P. D.

FRIDERICVS IACOBS.

Ioannes Stobenſis ex eorum eſt ſcriptorum numero, qui, cum neque ingenii neque eloquentiae laude ſint conſpicui, ſumma tamen, quam in compilandis aliorum ſcriniis praeſtiterunt, diligentia, nomina ſua ad omnem poſteritatem propagarunt. Cum enim innumerabilia veterum poetarum, legumlatorum, philoſophorum ejusdemque generis ſcriptorum fragmenta, undique delibata, in unum corpus collegerit, inter paucos alios dignus eſt, ex quo, quae tam ad interiorem antiquitatis cognitionem comparandam, quam ad locupletandam ornandamque orationem faciunt, tanquam ex largiſſima utiliſſimisque rebus inſtructiſſima penu depromantur. Quis eſt enim, quaeſo, paulo humanior, qui non maximas gratias habendas eſſe duxerit ei, qui ſcriptorum, quorum integra opera aetas nobis invidit, diſcerpta ſaltem membra pretioſiſſimasque reliquias admirabili quadam deſcripſit conſervavitque diligentia? Quare ſaepe dolui, ſaepe etiam miratus ſum, tam praeclarum tamque utile opus ſitu et ſqualore obſitum jacere, neque dignum judicari, quod denuo majori diligentia, cura atque induſtria edatur, emendetur et illu-

ſtretur; praeſertim cum tantam depravatorum locorum frequentiam in eo ineſſe animadverterem, ut nullus fere alius ſcriptorum veterum aut ſaepius emendatricem manum implorare aut plus laudis et gloriae polliceri videretur. Itaque cum fama ad nos perlata eſſet, TE, VIR DOCTISSIME, *hanc in* TE *provinciam ſuſcepiſſe, ut pretioſum hunc praeſtantiſſimarum rerum theſaurum a ſordibus, quas diuturnitate temporis contraxit plurimas, purgatum, priſtinoque ſplendori redditum, eruditorum hominum oculis exponeres; vehementer laetatus ſum, Ioannem meum Stobenſem editorem eſſe nactum, cum ingenii, acuminis doctrinaeque laude praeclarum, tum omni genere adminiculorum, quorum Roma* TVA *magnam* TIBI *copiam ſuppeditat, inſtructiſſimum. Laetatus ſum, inquam, et ego et quicunque alii ſuaviſſimas haſce literas, ut par eſt, plurimi faciunt, quique norunt, et quid in hoc ſcriptore praeſtari poſſit, et quid* TVVM *ingenium,* TVA *doctrina et diligentia valeat. Neminem igitur eſſe ſcias,* VIR CLARISSIME, *in his quidem terris paulo eruditiorem, qui non honeſtiſſimum* TVVM

VA1
1553695
84.
7.
4.

III
Σ
15

Digitized by Google